

1716.

1. Beinhoffer, Gott. Christianus: De exhortatione, quatenus iure cuncti recte facta dicatur.
2. Berger, Dr. Guldenus: De incommode in literatis episcopis & legi capientibus
3. Chladenus, Martinus: De conscientia cautelariorum
4. Gruber, Th. H. Henr: De prolationum, quee iurisperandis declinanti causa inscipiuntur, ambagibus recondendis et venerantur a prolatione ut iurisperandum
5. Gruber, Th. H. Henr: De iure suffragandi principiis imperio non infernos non perante
6. Hager, Jakobus: De unctione regum.
7. Hartmann, Dr. Gottfr: Cursus iuris seu iurisprudentiae universalis in erten reditac I. Canticis encyclopediis I
8. Hornius, Th. H. Henr, Colligi Titorum ... Decanus: (ad Deputationem solam ... Tunc Corinthus invitata)
9. Hornius, Th. H. Henr, Colligi Titorum ... Decanus:

- (ad depositum sollemne. — Thesaurus Ratisbonensis
in stat.)
10. Hornius, Prop. Hein., Colligezatione: — Decimus:
ad depositum solleme. — L. Zizanius i. sufficiet
in stat.
- a
11. Hornius, Prop. Henricus, Colligezatione: — Decimus:
ad depositum solleme. — Corali. — G. H. P. —
11. & Hornokleri in stat.
12. — Hornius, Prop. Henricus: Observations circu-
jura eleemosynarum et aliarum collectarum
ecclesiasticarum templorum et batalearum pente-
costalium etc. 3 exempl.
13. Hornius, Prop. Henricus: Ne co, quod juxta
est circa arbores turbine dejectas (Windbruch)
14. Zaucker, Mart. Griseb.: De novo phrophore aetheres.

15. Dysos, Polycarp: Animadversiones criticalis
ephemerorum literarum in primis horiomarum
methodorum.
16. Lysius, Polycarp: De origine eruditio[n]is
non ad fiducias, sed ad fides.
17. Mandes, Gottfr. Ludw.: De testamento iudiciale
extra locum iudicii consto
18. Mandes, Gottfr. Ludw.: De favore pauperum
19. Speser; Christopherus Nicolai: An stricta iuris
mentorum interpretatione secundam conscientiam
feneram sit parviorum?
- 19^a. Strumpfius, Fredericus: Lingua Mercurio apud
Graecos sacras... publicae eruditio[n]e digeri-
stioni proponit.
20. Vales, Christianus: De liene mortificante
21. Wabst, Christopher Gottlieb: De prædicta hominibus
ceteris juxta.

22. Wagner, Gottfried: Scriptores, qui de sua
ipsi vita exposuerunt
23. Werner, Dr. Balduin, Ordinis juridici... decanus:
Lectori s. d.: (ad preparacionem sollemni-
tatis innotescit)
24. Werner, Dr. Balduin: De fructibus Trichilia-
nicam impudentis
25. Werner, Dr. Balduin: De vi et efficacia ju-
mentorum in confirmantia causis matrimo-
nialibus
- 26^{1. et 2.} Werner, Dr. Balduin: De iure circa honores
senatorios, senatus in genere, speciebusque
Bonaopolitanis 2 exempl.
27. Werner, Dr. Balduin: De reconnectione ante
partem conventionem in foro Sachsen instru-
tum.
- 28.

28;

Verhor, L. Buelher: *Dissertatio iuridica inaug.*,
qua selectae observationes forenses . . . publice
mentitantes proponit.

29 Wendorfius, Gottlieb: *De polygynia*

30. Wijers, Hieronymus: *De Formori; papae
Romani, exuvii, his & tumulo reformatio;*,
ac tandem in Tiberim objectio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-782626-p0010-1

Q. D. B. V.

DISSESSATIO THEOLOGICA
DE

CONSCIENTIA CAVTERIATA

QVAM

Ductu Oraculi I. Tim. IV, 2.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE REGIO

DN. FRIDERICO AVGUSTO
ELECTORATVS SAXONICI HEREDE

P R A E S I D E

MARTINO CHLADENIO
SS. THEOL. DOCT. ET PROF. P. ORDINARIO
VT ET ALVMNORVM REGIO-ELECTORALIVM
EPHORO

EXAMINANDAM SISTIT

ET ANONYMI MEDITATIONES

DE CONSCIENTIA


EXCVTIT

M. FRIDERICVS BÖTZ

REGIOMONT. BORVSSVS.

AD D. X. SEPTEMBR. A. O. R. MDCCXVI.

VITEMBERGAE,
EX OFFICINA VIDVAE GERDESIANAE.



JEsu Fortunante!

DE

CONSCIENTIA CAVTERIATA DISSERTATIO THEOLOGICA

Ex Oraculo i. Tim. IV, 2.

Doctrina de Conscientia recte tradita uti
piis solatio plena, ita impiis tremen-
da, omnibus vero ac singulis summe
necessaria esse deprehenditur. Pri-
mum, quia conscientiam habent per
Christum placatam, alterum, quia
eam habent turbatam, tertium, quia
unicuique de tranquillitate vera con-
scientiae est prospiciendum. Cum itaque in ea tempora
nostro equidem insigni dolore servati simus, ubi, quicquid
est fidei purioris, adversariis suis oportet esse expositum, nec
sigillatim doctrina excellentissima, & orthodoxe a Nostratis
bus exposita de *Conscientia*, immunitis & intacta manet, mul-
torumque adeo conscientiae, ratione dogmatum & morum,
laeduntur ac vellicantur, animum induximus, penitus in-
gredi illa adyta, &, quid Conscientia sit cauteriata? exami-
nare, simul vero Anonymi scriptum satis pestiferum, quod

A 2

recen-

recentissime sub titulo: *Einfältige Untersuchung der Lehre vom Gewissen, ob und was dasselbe in allen Menschen sey, nach seinem Ursprung, Wesen, Würckung und Nutzen &c. entworffen von einem, der Gott und gut Gewissen liebt, und sich dabey im Leyden übt, A. 1715.* absque Autoris, Loci & Bibliopolae nomine prodiit, quid sub se veneni ac monstri alat, in apicum exponere. Cui instituto in emolumentum Ecclesiae divinumque honorem, ac veritatis coelestis defensionem suscepto Numen benignum, ut clementissime faveat, devo-to pectore precamur!

I.

Locus Paulinus 1. Tim. IV, 2. ubi vult Apostolus, caveri doctrinam daemoniorum, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, πεναληπτισμένω τὴν ὁδὸν συνεδήσιν, in hypocris loquentium mendacium, & CAVTERIATORVM IN SVA PROPRIA CONSCIENTIA, praeter alia similia oracula evidentissime ostendit, quanto studio ab ecclesia sua per ministros ac doctores verbi averruncatos velit & remotos errores omnes seductarios. Postquam enim de objecto reali, credendis & agendis in coetu Dei proponendis egerat Apostolus c. I. & II. nec non objec-tum personale Episcopum seu Docentem generatim delineaverat c. III. ad Timotheum redit v. 14. sequi epistolam hanc ideo ipsi scripsisse testatur, ut, quoniam ignoret, quo tempore adventum ad ipsum possit maturare, habeat, quo se in munere suo gravissimo & vere summo, summisque ac salutaribus mysteriis pertractandis occupato, v. 15. 16. sustentare queat. Tametsi enim illa mysteria, quale illud maximum de Filii Dei incarnatione, in verbo Dei perspicue tradita esse non dissimulet, adeo, ut nisi quis conscientiam pertinacissime laedere velit, illi mysterio δύσλογυμένως magno haud relutanter adstipuletur, utpote in quo adstruendo & credendo Angelii & omnes velut gentes conspiraverint & consenserint,

nec

DE CONSCIENTIA CAVTERIATA.

nec tamen simul celare potest, summam aliquando docto-
ribus verbi molestiam objectum iri, ubi *surrecturi sunt Spi-
ritus, doctrinam illam salutarem variis rationibus corrupturi*
& depravaturi, sigillatim *liberatatem* per Christi meritum par-
tam audacter *erepturi*; Unde Capitis hujus IV. primam par-
tem adeo tristī vaticinio compleat, ut pius animus vix sine
horrore intueatur: Τὸ δὲ πνεῦμα ρήτως λέγει, ὅτι ἐν ὑψηροῖς
καιροῖς ἀποσήσονται τινὲς τῆς πίσεως, προσέχουτες πνεύμα-
τος πλοίοις, καὶ διδασκαλίαις διαιροντων, *Dicit Spiritus mani-
feste, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide,*
attendentes Spiriribus erroris, & doctrinis daemoniorum, v. I.
Et ne quis hac de re dubitet, an certo eventura sit, repetit
eam non uno in loco; Ita enim 2. Tim. III, 1. incipit: Τότο
δὲ γίνωσκε, *Hoc tibi certum ratumque sit, quod in postremis*
diebus tempora difficillima infest, quae deinceps vivis velut
coloribus depingit: Idem facit capite sequenti v. 3. Ἐσαι
καρισθήσεται, *Erit sane & certissime tempus aliquod, ubi sanam, sal-
vificam & Evangelicam doctrinam non poterunt ferre, sed cu-
mulabunt per munera, & arcessent sibi undecunque doctores*
secundum propriam concupiscentiam, κυνῆσσονται τὴν ἀκοντην,
prurientes auribus, id est, novas semper doctrinas, rejectis
veteribus, tanquam detritis satis & protritis, affectantes &
cupientes.

II.

Vaticinium hoc de tristibus satis Ecclesiae fatis non ex
ingenio suo hauserat Paulus, sed ex Spiritu S. immediato
dictamine, ita tamen, ut, et si hoc solum sufficere posset ad
fidem divinam ingenerandam, provocet nihilominus *ad Scri-
pturae testimonium*, quando scribit: Τὸ Πνεῦμα ρήτως λέ-
γει, *Spiritus Sanctus disertis verbis dicit*; ubi non imme-
diata revelatio Paulo facta describitur, et si ista, ut dictum,
non negari potest; Est enim hic ipse ejus sermo, in quo ad

Scripturam provocatur, revera Spiritus Sancti: sed testimoniū Scripturae arcessitur, in qua quaedam ρήτως, quaedam κατὰ διανοίαν dicuntur. Nullum vero dubium est nobis, allegare hic Apostolum vaticinium sanctissimum DANIELIS c. XII. 36. *squ.* ubi apostasia illa magna una cum Antichristo ρήτως vivis ac ipsis coloribus depingitur, qui hic in oraculo præfenti spectantur. Ut adeo appareat, Spiritum S. sui ipsius minime omnium oblivisci, sed quicquid per alios Prophetas hominibus jamdudum manifestaverat, ratum habere & firmum, ac velle, ut Scriptura inter se conseratur, & ex seipso explicetur, sicuti videatur dubia quædam continere. Et sane Daniel, perinde ut Paulus noster, delineant Anti-christi, & falsorum doctorum ab illo dependentium, & communione vel interna vel externa ipsi juctorum, attributa præcipua, qualia sunt *homines ad ἀποστολas pellicere & invitare*, Dan. v. 30. 31. 35. adeoque esse Spiritus seductoris, adeo ut revera aliquos ad lapsum lugendum permoveant v. 35. habere doctrinas, quas ne daemon quidem adeo abominandas & temerarias excogitaverit, v. 31. 36. mentiri splendide & audacter ac simulare sanctitatem, v. 32. habere conscientiam cauteriatam, & contra ejus dictamen agere, quicquid libet v. 36. sigillatim prohibere nuptias & usum ciborum v. 37. & quae alia sunt, & hinc elicuntur atque a Daniele fusius recitantur, eum in finem ut ὁ ἀντιχείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος 2. Thess. II. 4. qui tot apostasias a fide committi facit, eo manifestius conspicitur. De quibus vero characterismis omnibus ac singulis hic agere instituti nostri non est, ut potest qui aliam tractationem requirunt: sufficerit, vel unum nunc excusuisse, *quid sit habere conscientiam cauteriatam?*

III.

Vidit sane Apostolus, & prævidit Spiritus S. quibus ecclesia purior hostibus aliquando exposita esse deberet, vidit

DE CONSCIENTIA CAUTERIATA.

7

vidit etiam a nonnullis majus & diurnius damnum conciliatum iri, nullum itaque dubium est, delineare eum voluisse non sectam aliquam instar fungi nascentem, & rursus cum autore peritaram, quales nonnullas numerant prisca jam secula, & nostra quoque aetas interdum animadvertisit, sed coetum aliquem doctorum depingere, qui & numero multi, & per annorum diurnitatem velut fundati in errorum suorum possessione, nec minus suffulti essent divina permissione, hominunque brachio subnixi, adeo ut quod statuerent, ut insigni pietatis & sanctimoniae fuso illinire, ita coactione quadam & potestatis Ecclesiasticae non exigua specie hominibus obtrudere ausuri sint, ita ut possint certo mortalium generi prohibere conjugium, omnemque ejus, etiam legitimam, usum per universam vitam, omnes praeterea arcere ab ea certorum ciborum, sub specie aliquius singularis religionis ac cultus, & quae talia sunt plura, suscipere adversus Dei verbum; ac ipsam libertatem per Christi sanguinem partam hominibus eripere, & quadam tyrannide insuperabili in Conscientias ipsorum dominari. Haec omnia erant extantiora multo, quam ut ad Gnosticos, Cœrintianos, Encratitas vel Manichaeos pertinere aliquis crederet, qui hoc oraculum Paulinum pio & attento animo perlustravit. Nam etsi quaedam οὐτισμὸς ab Apostolo expeditata in nonnullos istorum hominum perverse satis docentium haud male quadrant: & eapropter EPIPHANIUS vel in HIERACAM, (ita enim eum nominat, quem alii HIERACEM, a quo HIERACITAE nomen obtinuerunt,) hoc nostrum oraculum de cauteriatis conscientia, trahat, non pro�sus praeter rem, cum ausus fuerit ille connubium improbare, & cibos nonnullos damnare Haeres. 67. eumque cum aëcclis suis, prout par erat, refutaverit: hujus tamen generis sectam velut privatam, in sola Aegypto notam, &

in

in Hispaniam & Galliam forte PHILASTRII tempore se insinuantem, BARON. ad A. C. 288. uti prorsus excludi non censemus, cum potuerit majoris imminentis mali esse prodromus, ita hic eam praecipue, aut solam, indicari ab Apostolo, prorsus inficiamur, cum characterismi illi simul sumti & recte considerati, longe alium coetum docentium cum capite suo visibili & monarchico, sub quo continetur, nobis ob oculos ponere debuerint. Non sane ad illos, qui primam ecclesiam turbabant, novatores poterat hoc vaticinium pertinere, ubi ὑσέροι καιροί v. i. obscure ostendunt, aliquem seculorum decursum antecessorum, antequam impletio praedictorum contingere debebat, & publicari auctoritate quadam, infallibilitatem sibi arrogante, de cunctis conjugio certis hominibus prohibendo, de abstinentia a certis cibis certo tempore accurate tuenda, ut & de aliis traditionibus rigorose servandis. Quae omnia uti ad obnubilandam veram doctrinam *de justificatione per fidem solam*, merito Christi soli innixam, probe spectatura esse intellectu Spiritus Sanctus, ita quanta ecclesiae damna inde pararentur, nullo modo voluit dissimulare.

IV.

Omnem operam navat CORNELIUS A LAPIDE, ut a suo coetu hoc vaticinium amoliatur: Ad Encratitas, Marcionis, Saturnini, Manetis, Ebionis discipulos, nec non Severianos aliosque similis furfuris pertinere hoc quicquid sit vaticinii, asserit, &, ut speciem temporis conciliet, cum grano salis dixisse Paulum fingit, non ἐχάτοις sed ὑσέροις καιροῖς isthaec reservata esse fata: ὑσέροις vero notare sequentia tempora, quae etiam post brevissimum intervalum se offerre poterant. Parum vero aut nihil praesidiis hic equidem contra conscientiam quaerit ac invenit, nam quod hic nominat ὑσέρες καιρούς, illud ipsi constituit ἐχάτες και-

DE CONSCIENTIA CAUTERIATA.

9

καύρωσε 2. Tim. III, 7. Et si Anti-Christus, ex mente CORNELII, ut homo solitarius, postremis temporibus venire debebat, ἀποστολία vero ipsa sub iisdem temporibus contingere, ut ex 2. Thess. II, 3. apparet, non poterit negare, quisquis demum sit Anti-Christus ex ejus mente, de eodem tempore loqui Apostolum in Oraculo nostro, cum haec duo loca sint unius objecti parallela. Sub eadem igitur tempora ac secula, quibus ὁ ὑπερουργόμενος erat Ecclesiam Dei infestaturus, etiam prohibitio ciborum & connubii ab iisdem, qui ipsi adhaesuri erant, una cum aliis falsis dogmatibus debebat proponi & defendi. Aut itaque concedendum est a CORNELIO, Anti-Christum illum ἐξοχικῶς talem, jamtum ubi Cerinthus, Ebion & reliqui, quos allegat, vivebant, fuisse dominatum, quod est contra verba aperta Pauli 2. Thess. II, 3. qui illud ad postrema tempora, non prima refert, & contra ipsius CORNELII assertum, qui τὸ ὕστερα ab ἐχάρτοις distinguit, tanquam ea, quae proxima sunt aevo Apostolico a remotioribus: Aut largiri debet invitus, sub Anti-Christi exochici tempora ac dominatum incidere doctrinam falsorum Spirituum & daemoniorum, hominesque cauteriata conscientia praeditos, & nullos alias esse, qui prohibeant cibos ac matrimonium, quam qui hominibus justitiam externorum operum, loco justitiae per Christum acquisitae & per solam fidem applicandae, obtrudere ausuri erant. Nec aliter quam conscientia cauteriata porro scribit CORNELIVS: *Inepte hacc novantes torquent contra coelibatum Sacerdotum & jejunia Ecclesiae. Non enim Ecclesia nuprias aut carnes prohibet, quasi per se malas, uti faciebant haeretici jam dicti, quos hic carpit Apostolus, sed ad refrenandam concupiscentiam & ad exercendam obedientiam & poenitentiam, sicut Deus Adamo prohibuit esum pomi scientiae boni & mali, & Jonadab filius Rechab suis filiis & posteris prohibuit usum vini, aliaque multa.*

B

Ut



Ut vero haec folia tegant nuditatem, oppido veremur. Judicent cordatores, quinam sint novantes, an qui illam prohibitionem matrimonii & ciborum cum Apostolica Ecclesia ignoramus, an illi, qui successu temporis, ex arbitrio humano, nullo praeeunte verbo Dei, ea prohibuerunt, quae Deus ipse, tanquam creaturas & ordinationes bonas, liberas omnibus esse voluit? Deusne idem, qui Adamo prohibuit esum pomi certi, prohibuit cibos aut matrimonium? Bene vero factum, quod ipse CORNELIVS ad Rechabitas provocat, quorum exemplum humanis institutis inhaerendi non ad imitationem, sed ad convictionem conscientiae a Deo proponebatur, quanto magis Deo esset obediendum. Nam quae porro differuit, male argumentari nos: *Pontifices Clericis prohibent nuptias, ergo prohibent nuptias*, inanissimum est; Quamdiu enim prohibitio conjugii ad Clericos facta, revera prohibitio est, & quidem nova, in Ecclesia Dei olim non audita, tamdiu non se extricabit, nam ne *Encratitae* quidem aut alii, absolute damnabant nuptias; & tacemus praeterea probra, quae hinc inde in Papatu adversus matrimonium, non obstante, quod pro Sacramento habeatur, jaictata legimus, novo exemplo *conscientiae cauteriatae*.

V.

Possimus ista fuse prosequi, si istud nobis nunc propositum esset, hoc enim solum ex reliquis omnibus *attributis* falsorum Doctorum excerptissimus, ut declararemus, quid sit esse *κενωτηριασμένες ἐν τῇ Ἰδίᾳ συνεδόσει: cauteriatos in sua ipsorum conscientia*. Non enim negamus, hoc attributum, ut alia nonnulla, omnibus ipsis convenire, qui postremis temporibus lucem Evangelii violenter turbare sunt conaturi, ita tamen, ut quaedam alia deinceps sint *κεντρικαὶ οἰνήαι*, & magis singularia, quibus unus perperam credentium coetus ab alio distinguitur a Spiritu Sancto. Recte vero

vero Lutherus transtulit hanc Phrasin Pauli: *Die Brand-Mahl in ihrem Gewissen haben*, id quod ante omnia in antecessum notamus. Distinguit enim Apostolus inter *Subjectum quod*, nimirum totum falsum Doctorem, quantus quantus est, & *Subjectum quo*, ejus nempe *conscientiam*. Hac ratione recte dicitur, Pseudo-Doctores esse *cauteriatos in conscientia*, nec minus recte, *eorum conscientiam esse cauteriatam*. Nam qui Interpretes τὸ ἐν ita per secundum exprimunt, ut *cauteriatos esse secundum conscientiam* idem sit, ac *testimonio ipsius conscientiae esse cauteriatos*, veram quidem rem dicunt, sed mentem Oraculi non adimplent, quoniam, et si negandum non sit, ipsos convictione suae conscientiae condemnari, atque adeo esse αὐτοκαταπίτες, & Paulus etiam hoc ipsum simul innuat & includat, opus tamen erat, ut *terminum in quo subjectum proximum & immediatum ostenderet*, ubi cauterium resideret, de quo essent convicti falsa pertinaciter docentes. Hoc vero constituit ιδία συνείδησις, ut declararet, quantumvis omnes alios pro haereticis habeant, imo ferro flammisque excindendos clamitent, suam tamen conscientiam si examinent accuratius, prout se examinandam & intuendam instar objecti specularis, invitis quoque absque intermissione offert, tot & tanta ibi inveniant conscientiae ulcera, ut interdum insanabilia videantur, imo ne sanari quidem velint, sed in erroribus malitiose perseverent. Nil ergo τὸ ἐν, sive *veritas in*, sive *quoad vel secundum*, innuit, quam ut designet velut locum, ubi virus malignum in Doctore pestifero reſideat, & se in damna tot hominum diffundat, nempe συνείδησιν ιδίαν, propriam *Conscientiam*.

VI.

Est igitur & datur συνείδησις, *Conscientia* quamvis impii homines dari nollent, & ejus existentiam interdum impugnare non vereantur. Vociis ipsius indoles & ἐνέργεια

B 2 decla-

declarat, non esse saltem factorum verborumque nostrorum spectatores ac auditores *Angelos sanctos, Diabulos, pravos homines*, quorum praesentia vel videntes vel ignari fruimur, & *creaturas reliquas*, quas testes mutos esse, pro nobis aut contra nos, hinc inde Scriptura asserit: *Verum etiam & praecipue Deum sanctissimum*, qui tamen non acquiescit externis factis verbisque cognoscendis, sed intimos etiam recessus cordis humani & cogitationes novit. His itaque omnibus tribuitur τὸ εἰδέναι; et si non una eademque ratione. Homo vero cogitans, loquens & agens, non minus factum verbum & cogitatum suum, cui studio quodam inhaeret, *novit ac videt*, actu quodam intellectus reflexo, perinde ut sensibus externis *sui ipsius spectator & auditor* est una cum aliis, unde ipsi comperit τὸ συνείδησαν, factorum suorum *conscium esse*. Apparet ex hoc cuilibet homini datam esse ἡδονὴν συνείδηστον, propriam sibi soli reservatam conscientiam, ita ut si contingat, quaedam & hominibus fieri ac suscipi, quae omnes reliquorum mortalium oculus & notitiam fugiant, Deus tamen noverit, & cuiuslibet agentis ἡδονὴ propria, arcana & inevitabilis συνείδηστος, qua sive velit sive nolit, actu novit, quicquid factum suscepimusque sit, aut adhuc suscipere animum induxerit. *Conscientia est cordis scientia*, quae dupliciter intelligitur: videlicet ut illa quae se novit per se, vel illa, quae praeter se etiam alia novit ex se. *Cor enim & se novit sua conscientia & multa alia*. Quando novit se, appellatur *Conscientia*, quando praeter se alia, nominatur *scientia*. Ita BERNARDUS, quanquam paulo alter explicata voce conscientiae, in libro de domo interiori, ita nominat eleganter Conscientiam. C. XXII. p. 1070. edit. Gillotiana. Et in Cap. XXIII. In speculo conscientiae status exterioris & interioris hominis cognoscitur. *Anima enim non novit se, quae sine speculo est.*

est. Speculum mundum clarum & purum totius religionis
bona conscientia.

VII.

Est itaque singulis hominibus *sua conscientia*. Argumentis hoc assertum dudum evictum est, & sigillatim B. BALDUINUS sextuplici robore firmavit, rationibus nimis rurum petitis 1. ex literis sacris 2. ex precibus sanctorum pro pura & bona conscientia. 3. ex gaudio & tranquillitate animi, quae apud pios se exerit. 4. ex terroribus impiorum, adeo interdum conspicuis, ut nec verbis nec factis dissimulare possint. 5. ex quotidiana experientia hominum conscientiae morsus & stimulos sentientium. 6. Ex dictis Sapientum Gentilium, qui interdum conscientiae meminerunt, & ejus attributa quaedam indicarunt. Addemus tamen his tria adhuc pondera, quorum primum peti potest ex *natura animae rationalis*, cuius cum sit *voēv* & *devoēv*, uti de omnibus aliis factis extra se positis, ita multo magis de factis propriis aut adhuc faciendis poterit judicium ferre accuratum, & de eorum bonitate aut pravitate esse certa, ita ut posito intellectu etiam necessario ponatur Conscientia. Alterum suppeditat *indoles judicii divini* de actionibus hominum omnibus & singulis rigorosissimi & exasciatissimi, ad quod aliquando expediendum & exequendum requiritur *convictio* & *expresio confessionis*, per testimonia, quae cum exteriora non semper sint omni exceptione majora, requirebatur testis *āvtōttr̄ns* & internus, semper agenti imo & cogitanti praesens, qui esset Conscientia. Quamvis *āupl̄sēv* oculi divini ea interdum intelligat, quae notitiam nostram etiam subterfugere possunt. Ps. XIX. 23. *Tertium in fine & scopo legum* a Deo latarum reponitur, qui est normativus factorum, verborum & cogitatorum omnium, normae vero quaedam applicatio requirebatur ad normatum, unde opus

B 3

erat

erat dari conscientiam, quae de actionibus humanis, aut jam susceptis aut suscipiendis, scrutinium & sententia instituere-tut ab ipso agente, utpote qui erat ideo rationalis creatus, ut usum rationis regularum applicativum exercebat. Atque hac ratione etiam *doctoribus ecclesiae omnibus datam esse τὴν ἀλεξανδρίου συνειδήσιν propriam suam conscientiam* docet Apostolus, qua sigillatim suorum dictorum factorumque consciit sunt, unde ad hanc Apostolus non praeter rem provocabat, bonitatis causae suae ex verbo Dei certus. Act. XXIII. 1.

VIII.

Quid vero est συνειδήσις? an *scientiam* dixeris, vel *ju-dicium*, an *actum* vel *habitum*, multum est disquisitum inter Moralistas tum nostros tum Scholasticos. Nec tamen ideo istis velitationibus nihil plane actum, aut *doctrina de conscientia* prorsus obnubilata est, ut opus sit novis dogmatum portentis, qualis quidem mens sedet *Anonymo* (quo nomine insigniems autorem libri supra allati de Conscientia vernaculo idiomate scripti) quando sequentibus verbis mentem prodit: *Die Lehre vom Gewissen ist fast unbekant und ungewiss*, C.I. p. 2. *Es hat mich bedüncket, daß die höchsthöttige und wichtige Materie vom Gewissen sehr confus und verwirret sey, dahero wohl eine gründliche Untersuchung und deutliche Erörterung brauche*. Praefat. *Je mehr von Gott und von Gewissen geredet wird, je mehr wird die heylsame und nötige Lehre verwirret und verdrehet, weil man ohne Empfindung und Erfahrung von solchen wichtigen Dingen redet, und damit die Unwissenden verführet*, p. 2. *Gleiche fata (als die Chymie) hat die Lehre vom Gewissen und der Weg zum Himmel selbst gehabt, maßen viel tausend Bücher in dieser materie von solchen Leuten geschrieben sind, die nicht einmahl gewußt, wo sie das Gewissen suchen sollen, noch*

noch weniger aber den Weg zum Leben jemahlen betreten haben,
p. 3. Satis arroganter, ut solent, qui nova moliuntur. Ne
nostros quidem Conscientiae doctores eum excludere velle
ex eo censu, patet ex scopo sermonis, dum suas de hoc ar-
gumento doctrinas aliis omnibus, quae unquam editae fue-
runt, praefert, utpote quae plane novae sunt & Fanaticissimum
haud obscure invehunt. Si enim ex eo requiras, ut definiat
tibi conscientiam, primum omnium tanquam certum & in-
dubitatum $\alpha\tau\eta\mu\alpha$ hoc ponit: Es wird hoffentlich bey so hel-
lem Lichte von verständigen Menschen, die nur ein wenig auff
sich Achtung geben, nicht mehr wiedersprochen werden, daß
der Mensch aus dreyen wesentlichen Stücken besteht, und
als die kleine Welt etwas Irrdisches, Himmliches und Gött-
liches in sich habe, nemlich Leib, Seele und Geist. Also rübert
das Gewissen her von der Wirkung des göttlichen Geistes,
der überall und also auch in uns ist. p. 13. 14. Unde etiam
vocabulum conscientiae sic torquet, ut sit scientia spiritus interni
una cum anima & carne, & sic triplicem etiam linguam for-
mat, carnis, (ita corpus ipsi nominatur) animae & Spi-
ritus p. 13. & 18. οὐνέοντος, de qua deinceps, nominat, den
alleserfüllenden Geist Gottes p. 23. Conscientiam ipsam nomi-
nat einen Funcken, der im Hertzen glimmet, oder sich im Her-
zten offenbart, p. 25. A definitione vero formanda abstinuisse
omnes Scriptores, qui de Conscientia scriperunt, aut quia
per modestiam noluerint audere, aut non potuerint p. 25. 26.
Et ipse tamen definitionem ponere non sustinet: Wir ab-
strahiren demnach billig von Anführung einiger definition,
weil wir sonst leicht unter die scholastischen terminos ins Ge-
dränge kommen, und den Aufgang aus dieser Verwirrung
noch lange Zeit nicht möchten finden können. Wir sind
ohne dem lange genug mit denen Grillenfängern in
Wirthshaus zum todten Buchstaben gesessen, und haben
mit

mit ihnen gezecht, darumb wird es einmahl Zeit seyn, nücheern zu werden, und uns durch eigenes Gefühl wieder zu der alten Einfalt zu helfen, welche das Gewissen jederzeit im Hertzen gefühlet, oder von einer Wirkung eines höbren Wesens gehalten, weil die Seele sonderlich die Bestrafung im Gewissen wieder ihren Willen fühlen muß, im Gehorsam aber, wenn sie der Strafe nicht wiedersreibet, Rath und Unterweisung gewußt. Daher auch das Gewissen ein Licht genennet wird, p. 26. Et porro: weil Leib und Seele nach dem Maß ihres Vermögens und dessen rechten Gebrauchs zueiniger Erkäntniß und Wissenschafft vieler Dinge kommen können, so kan auch der würckende Geiß Gottes im Hertzen des Menschen ein Gefühl produciren, welches dieser Erkäntniß bestimmt, und ein gewisses Wissen ist, weswegen es auch ein Mitwissen genennet wird, p. 27. Tandem vero ponit aliquam descriptiōnem: Dürfste also die einfältige Beschreibung des Gewissens diese seyn. Das Gewissen ist eine Empfindung der göttlichen Gegenwart und Würckung im Hertzen nach Liebe und Zorn zur lebendigen Erkäntniß des Guten und Bösen, p. 27. Negat deinceps illam conscientiarum Theologiam, quae non ex eo fonte oriatur, esse veram: Wenn die Vernunft des Fleisches und der Verstand der Seelen etwas weiß, und von guten oder bösen erkennet, auch viel Worte davon machen, ja Bücher davon schreiben kan, so ist dieses Wissen noch kein Gewissen, so lange der Geiß Gottes nicht auch Zeugniß giebt, und die Hertzen durch die Empfindung gewiß macht, p. 28. Tandem erumpit, & conscientiam ipsum Dei Spiritum partem hominis essentialē constituit. Es sey der Odem Gottes, der Geiß den erschaffenen Menschen eingeblasen, also bielte ein jeder Mensch etwas göttliches in sich (distinctum ab anima) wenn es gleich nicht weiß noch kennt, welches göttliche Theil neschamah, animus das Gemüthe heißt,

beißt, und die Leuchte des Herrn Prov. 20. 27. genennet wird, weil es göttliches Ursprungs ist, und dem Menschen des Lichtes wegen gegeben ist, auch allezeit leuchtet, wenn es Luft hat. Denn das Leben des Lichtes ist die Luft oder die Freyheit, wenn aber dem Lichte die Luft benommen wird, da leuchtet es nicht, sondern brennet nur in der finstern Hitze, so lange es durch Bewegung leben und Hitze machen kan. Dieser dem Menschen eingeblasener Odem ist nicht nephesch anima, die irrdische Seele, die der Mensch mit den Thieren gemein hat, Er ist nicht ruach der Himmlische Luft-Geist, den der Mensch mit dem Gestirne und dessen Innwohnern gemein hat, sondern es ist neschamah der unvergängliche Geist, der zwar in allen ist, Sap. XII. 1. aber im Menschen vornehmlich als eine Leuchte des Herrn, ein ewiges und heiliges Licht gefühlet und empfunden wird. Diesen Odem nenne ich das Gewissen ab effectu, oder den Seelen-Geist, das Göttliche Seele-Vermögen, wer nun diesen Geist Gottes im Menschen leugnet, der leugnet das Gewissen, welches sich doch bey allen Menschen findet, wenn es gleich gebrandmahlet wäre. p. 29.

IX.

Ita cumulata sunt doctrinarum fanaticarum monstra paucis his verbis, quae communicamus, ut pius animus horreat, & instar Augiae stabuli habeat, si velit omnia expurgare, quae hic docentur. Animadvertisimus vero pauca & summpere necessaria. Et primo quidem minime omnium credimus, Anonymum ea, qua par erat, attentione nostrorum Theologorum tractationes Conscientiarias evolvisse. Dubium enim nullum fuisse, arrogantem illam censuram, quasi de hoc argumento nemo praeter ipsum unquam fuisse, omnibus Novatoribus familiarem, eum omissurum fuisse. Nam nec in methodo, nec re ipsa, quam tractarunt, habebat, quod merito desideraret. Alterum falsissimum est

C

prin-

principium, quod *a sensu* (*von dem Gefüle*) certitudinem cognitionis derivet; Nam quid eo fallacius? Saepiuscule quod imperiti credunt se in stomacho sentire, lieni aut hepatis deberi peritiores docebunt. Et quid non est superbiae dementissimae, asserere coram ecclesiae facie, neminem unquam ex multis millibus Autorum, qui de conscientia scripserunt, percepisse sensu, quid esset conscientia? Non est, nisi Pharisaorum, omnes alios habere pro irregenitis, de quorum statu nonnisi Numinis est judicare. *Tertium*, quod post tantos promissorum hiatus ad πολυθέουλητον illud omnium Enthusiastarum, de tribus partibus hominis essentialibus, anima, corpore & Spiritu, totum tandem negotium redeat, tanquam ad summum mysterium, & rem omnibus seculis inauditam, nullique Theologorum nostratum, qui de Conscientia praeceperunt, perfectam, cum tamen εὐρηκαν hoc neque ex Scriptura confectum adhuc, neque assensu ullius viri Orthodoxi comprobatum sit. Ita ut Anonymi verba potius νατὸ βίου invertenda sint, & merito unumquemque admiratio subeat, quomodo homines prudentes in tanta evangelii luce ad Fanaticas tenebras sponte devolvi, & illas nugas de tribus partibus hominis ex orco revocare possint: Nam quid magis inconditum, quam dicere, quod, quia Spiritus Dei ubique & in omnibus, atque sic etiam in hominibus sit, ejus partem essentialiem constitutat? Ergone Spiritus Dei sive particula aurae divinae, ut Anonymus cum Ethnicis nominat animam mundi, p. 33. peccat, Diabolo servit, damnatur, in infernum detruditur, aeternis suppliciis subjacet? Nisi enim id ipsi contingat, pars essentialis impii non est, uti tamen statuitur. Dici non potest, quantum malorum ex hac pestilenti opinione Anonymi exurgat, quam tamen adeo frivole propugnat: *Ob man sich gleich billig wundert, daß Leute von grosser Authorität*

tborität Informatoria conscientiae geschrieben, und doch die drey wesentliche Stücke des Menschen vor eine phantastische Meynung ausgegeben, obngeachtet die Heilige Schrifte selbst 1. Thessl. V. 22. 23. Ebr. IV. 12. Luc. I. 46. 47. ausdrücklich Geist, Seel und Leib unterscheidet, auch sonst an vielen Orten vornehmlich des Geistes im Menschen Meldung thut: so muß man sich doch dieses nicht irren lassen, weil sie nichts einzuwenden wissen, als daß die Seele schon ein Geist sey. Gleich als wenn es nicht mehr Geister im Menschen geben könnte. Statuiren doch die Malabarischen Medici, und zwar nicht ohne Grund, 10. Winden im Menschlichen Leibe, welche sie wiederumb nach ibren sonderlichen Gängen in 70. einztheilen. Und solte denn außer der Seele kein Geist mehr im Menschen seyn können, und warumb solte denn eben der Göttliche Geist, der in allem ist, vom Menschen ausgeschlossen seyn? P. 33. Ibidem tandem impudenter afferit, illum ipsum Spiritum esse Spiritum S. Alles, was Gott in einer Seele auff unendliche Weise würcken mag, das geschiehet alles vermittelst dieses Geistes, welcher aurae divinae particula, ein Theil des Göttlichen Odems ist, der vom Vater und Sohn ausgehet. Zwar vom Vater, als ein Geist der Gerechtigkeit, vom Sohn aber als ein Geist der Liebe und Kindschafft, der in alle Wärbeit leitet, und das Hertz gewiß macht. Pungit in primis verbis dubio procul MENGERINGIVM, accuratum Conscientiae Doctorem, qui perinde ut Orthodoxi reliqui, hanc divisionem hominis ferre noluit. Inform. Conf. p. 636. Neque in eo peccavit, ut Anonymo viderit. Nam loca Scripturae, quae adduxit, illud non docent. Distinguunt inter hominis partes, sed non *essentialia*, quales diserte singit Anonymus cum Fanaticis suis. Paulus dicit 1. Thessl. V. 23. hominem regenitum habere Spiritum, animam & corpus, non vero dicit, illa esse partes *essentialia* ejus & naturaliter constitutivas. Verbum Dei potest accu-

C 2
rate

rate dijudicare inter *animam & spiritum*, ergone sunt *partes hominis essentiales*? Hebr. IV, 12. Si hoc, partes essentiales quoque distinctae sunt *medulla & ossa*, non erunt igitur tres, sed quatuor: eadem siquidem est constructio & ratio loquendi in eodem textu. Sicut itaque medulla & ossa non poterunt nisi corpus, ita anima & spiritus non nisi unam partem essentialem constituere. Nec aliter se habent verba Mariae Luc. I, 47. nihil enim ibi praeterquam quod laetetur *anima & spiritu* exultet. Ne per somnum quidem exprimere voluit hominis partes essentiales; nam ne *corporis* quidem meminit, atque sic duae saltem essent, non tres partes. Non itaque sequelam hanc: *Scriptura expresse distinguit inter spiritum, animam & corpus*, ergo dividit hominem *essentialiter*, nisi homo perversissimus plane struxerit: neque ex eo concluderit, ut facit Anonymus, quia Spiritus in homine Scriptura mentionem faciat, esse earo propter partem hominis essentialiem. Falsissimum sic est, quod Orthodoxi nihil aliud possint obficere, quam quod *anima* jam sit *spiritus*. Etsi enim illud etiam argumentum satis validum sit, non tamen istud solum est. Non nisi praeter veritatem concluditur, *Spiritum divinum ubique esse*, constitutere igitur hominis partem *substantialem*, atque sic hominis essentialiam, nec minus cum in omnibus rebus creaturis sit, omnium quoque rerum creaturam substantiam. Vide sic, quid Fanatici ex Spiritu S. faciant! (nam de hoc loquuntur, *der vom Vater und Sohn ausgehet, vom Vater, als ein Geist der Gerechtigkeit, vom Sohn, als ein Geist der Liebe*) Est hac ratione aliquid de substantia hominis, & quidem qua talis & secundum essentialiam considerati: est pars substantialis impii, gentilis, irregeniti, est pars hominis damnavi! Apage Satan! Longe sapientius D. Lutherus in verba Mariae commentaturus: *Die Schrifttheilet den Menschen in drey Theile,* als

als Paulus I. Theß. ult. Und ein jegliches dieser dreyen samt dem gantzen Menschen wird auch getheilet auf eine andere Weise in zwey Stück, die da heissen Geiß und Fleisch, welche Theilung nicht der Natur, sondern der Eigenschaft ist. Das erste Stück, der Geiß, ist das höchste edelste Theil des Menschen, damit er geschickt ist, unbegreifliche, unsichtige, ewige Dinge zu fassen, und ist kürtzlich das Haß, da der Glaube und Gottes Wort innen wohnet. Das andere, die Seele, ist eben derselbe Geiß nach der Natur, aber doch in einem andern Werck, nehmlich in dem, was den Leib lebendig macht. Das dritte ist der Leib mit seinen Gliedern. T. I. Altenburg. p. 758. *Divisio igitur est hominis sed accidentalis, non essentialis, nec distinguuntur anima & spiritus ut diversae essentiae.*

X.

Quartum est, quod in assertis Anonymi adductis notamus, ipsum dum corpus pro carne habet, & nihilominus ipsi scientiam tribuit, imo & sermonem diversum a scientia & sermone animae & spiritus, ita omnia intricare, ut spiritum vertiginis mox agnoscas. Si enim corpus, quod ipsi est caro, & scientiam & sermonem distinctum habet ab anima & spiritu, sponte sequitur, id non per se habere, sed vi aliquius animae, materia, enim nec intelligit, nec loquitur: Nihil itaque promittit, quam hominem habere quatuor partes essentiales, non tres, ut Anonymus fingit, nimirum corpus, quod caro est, animam, qua corpus cognoscit & loquitur, animam ab illa distinctam peculiari cognitione & sermone, & tandem spiritum ab omnibus reliquis diversum. Unde s) recte fecit Anonymus, quod ad definitionem Conscientiae struendam se accingere noluerit. A nugis enim, quas nominat promiscue doctrinas Theologicas de Conscientia, non bene & solide perceptis, nihil facilius fuit, quam transire ad fanaticorum veterum & recentiorum tenebras &

ignorantiam, quam equidem nominat *veterem simplicitatem*, (alte *Einfalt*) hoc tamen pulchro nomine indignam esse putamus, cum nonnisi haereticos spiritum talem, quem Anonymus fingit, partem essentialis hominis constituisse, notorium sit. Neque Orthodoxi unquam Conscientiae formam & naturam ex *sensu & experientia*, sed Scripturae S. effatis descriperunt. Unde facile apparet, si quis Theologiae sobriae pertaesus (prout verba supra allata indicant) poculo Fanaticismi ineibriari incipiat, credatque se omnia multo excellentius, quam totus coetus mortaliuum, tenere, quae & quanta sapientiae mysteria crepare possit. Non vero sequitur 6) quod, si veteres conscientiam pro effectu entis sublimioris habuerunt, & anima increpationem ipsius etiam invita interdum sentiat, lumenque sit conscientia, eam propterea deberi spiritui ab anima distincto, & tali quidem, qui Deus sit, ac partem nihilominus hominis essentialis constituat. Haec enim male cohaerent, & praeter necessitatem omnemque veritatem compinguntur. Sufficit enim, effectum illum in anima hominis produci posse per ordinariam *Spiritus S. operationem*, ut non opus sit, eum partem hominis constituere: Et vel ideo non potest esse pars hominis, quia est *lux*, quae non est pars, sed *affectio partis*. Neque 7) descriptio Conscientiae, ab Anonymo post tot ambages & tergiversationes producta in medium, admitti poterit, sensus enim divinae praesentiae & operationis formale Conscientiae absolvere nequit: cum ejus sit potius effectus, sensus enim ille aut laetificus aut terrificus est, & ex judicio Conscientiae jam facto resultat; Ita *norma* non poterit esse (*nach Liebe und Zorn*) *Dei amor & ira*, sed *verbum & praeceptum Dei*, ad quod examinat Conscientia facta quaevit, & prout illa deprehendit, aut amorem aut iram Numinis sibi ipso denunciat. Nec finem genuinum constituit,

stituit, zur lebendigen Erkänntniß des Guten und Bösen. Nam cognitio illa est aut *abstractiva & generalis*, quid sit bonum aut malum, atque haec non est finis, sed antecedens Synthesis, aut *concretiva applicativa & specialis*, ut cognoscatur ac decidatur post applicatam regulam, an praesens actio sit bona vel mala, praemio vel poena digna, atque haec rursus non finis est, sed *actus* potius conscientiae *formalis*. Nulla itaque ratione describitur id, quod describi debebat, quando dicitur, das Gewissen ist eine Empfindung der Göttlichen Gegenwart und Wirkung im Hertzen nach Liebe und Zorn zur lebendigen Erkänntniß des Guten und Bösen: Nihil obscurius & intricatus, nihil quoque falsius poterat dici. Quando postmodum 8) eam Theologiam conscientiarium falsam dicit, wenn die Vernunft des Fleisches und der Verstand der Seelen etwas weiß und vor gut oder böse erkennet, auch viel Worte machen und Bücher davon schreiben kan, donec Spiritus Dei S. tertia pars hominis, testimonium praebeat, nugas sane obtrudit, dum fingit rationem in corpore, quod carnem nominat, intellectui animae contradistinctam, utramque vero rursus spiritui opponit. Portentum est *ratio corporis & carnis*. Caro enim non corpus est, sed totus homo in naturalibus suis viribus spectatus, idemque consideratus secundum utramque partem sui essentiale, ita anima & corpus caro est, non solum corpus, quod Anonymous cum multis fanaticis assumit. Vicissim Spiritus Scripturae significat vires hominis supernaturales & superius acceptas in regeneratione a Spiritu S. affientes rursus totum hominem in anima & corpore spectatum. Ut adeo equidem recte dici queat, non sufficere dictamen carnis, id est conscientiae naturaliter spectatae, sed requiri dictamen conscientiae per Spiritum Dei verbi ductu illustratae: falsissime vero omnium caro dicatur corpus,

*pus, falso corpori tribuatur intellectus, falso non minus di-
ctamen conscientiae naturale pro spurio venditetur, falso tan-
dem, nihil hic veri sine sensu & experientia a quoquam scribi
posse, afferatur.*

XI.

*Quae g) Anonymus rursus de Spiritu Dei in homine
essentiali profert, ex Schola BOEHMII aut aliorum Enthusias-
tarum hausta videntur, quando inspiratum homini *ens*
divinum, lucem substantialem, partem auree divinae existimat,
tribuitque illi animam terrestrem, aereum vel aetheream, & tan-
dem coelestem divinam & incorruptibilem, sensibilem nihilo-
minus & perceptibilem, absque omni suffragio, nec sine
miseranda corruptione & contemptu Scripturae, quae illa
*évangelica fanatica nunquam confirmavit. Hunc Spi-
ritum pro conscientia venditat, diesen Odem nenne ich das
Gewissen, oder den Seelen-Geist, das göttliche Seelen-Vermö-
gen, & nihilominus haeret, utrum conscientia ipsum Spi-
ritum, aut Spiritus effectum constituat. Utrumque vero
male & praeter rationem. Non enim sequitur, prout argu-
mentatur: Wer diesen Geist Gottes im Menschen leugnet,
der leugnet das Gewissen, welches sich doch bey allen Men-
schen findet, wenn es gleich gebrandmaht wäre. Dudum
enim de Conscientia orthodoxe, ac Scripturae conformiter
a nostratis dictum est, neque opus erat illis ad fanatico-
rum excogitatum Spiritum referre, quae in *anima ipsa fieri,*
ipsa Scriptura dicitat. Ubi anima, ibi etiam conscientia,
*nec requiritur, ut Spiritus ab ea distinctus singatur. Equi-
dem sibi p. 208 aliquam objectionem format, weil der Geist*
der Gnaden und Gebets über die Gläubigen ausgegossen wird,
Zach. XII, 10. so scheinet es, daß man dasselbe nicht vor den
Geist des Gewissens ausgeben könne, alleine wer das Wesen
des Geistes versteht, und weiß zugleich, daß Gott ein Geist
*ist,***

iß, der uns von seinem Geiß gegeben hat, und daß nur ein einiger solcher Geiß ist, von dem das Leben Gottes im Menschen herrübt, &c. der wird auch die unterschiedene Redens-Arten vom Geiste recht und wohl unterscheiden, sondern auch vergleichen können: Nondum vero satisfactum est argumento. Nam manet certum & invictum, quod quicquid homini jam naturaliter constituto, in regno gratiae datum datur & superadditur, illud non possit esse pars hominem naturaliter constituens, & essentialis, quicquid etiam ad conciliationem falsi dogmatis cum scriptura exquiratur at tentetur. Sicut etiam istud probationem contra Anonymum suppeditare potest, quod dicat Conscientiam esse Spiritum Dei, & tamen posse esse cauteriatam; Quae quomodo inter se absque insigni tortura conciliari possint, non reprehendimus. Sufficerit nobis confessio ipsius Anonymi, probationem suam esse confusam: Es ist uns genug nur überhaupt und confuse gezeuget zu haben, daß ein Gewissen sey, und daß dasselbe von der Wirkung des göttlichen Geistes, der überall, und also auch in uns ist, herkomme &c.

P. 14.

XII.

Ex verbo Dei igitur edocti meliora, linquimus Novatoribus sua, & cum certi simus, hominem duabus partibus constare, anima spirituali & immateriali, & corpore terrestri ac materiali, conscientiam in toto homine velut subjecto quod & mediato, ejusque anima tanquam subjecto quo, & mediato residere nulli dubitamus. Ut enim prius confessum est ex Scripturae locis disertissimis Eccl. XII. 7. Ps. LXXXIV. 3. Jacob. II. 26. Luc. XII. 4. Ps. LXXIII. 26. Ita non minus probatum, animam facultatibus binis principibus intelligendi & volendi pollere. Et priorem quidem aut Theoreticam aut Practicam esse; Hanc vero versari in di-

D

judica-

judicatione actionum omnium, quae cum aut alienae sint, aut nostrae ipsorum, oritur in posteriori respectu τυνείδησις *huius propria Conscientia*, ut hic Apostolus nominat, quam descriperis optime per facultatem animae humanae quoad intellectum inditam aut naturalem, aut simul supernaturalem, in actu perpetuo positam, actiones suas aut ante earum functionem, aut post eam, ductu normae a Numine praescriptae, examinandi, excutiendi & dijudicandi, utrum bona vel malae sint, utrum cum praescripta officii ratione convenient, vel ab ea ab ludant. Non animus est descriptiones aliorum inquirere & cumulare, ut quando AQVINAS definit Conscientiam per dictamen rationis applicatum ad opus, dictamine non pro potentia, nec habitu, sed actu sumto, quem sequitur cum aliis BARTHOL. De MEDINA in Thomae Prim. Secund. Quaest. 19. p. 451. ubi alii Scholastici habitum scientiae faciunt cum inclinatione voluntatis ad faciendum id, quod ratio dictaverit in II. b. 39. 9. 4. AZORIVS Moralistarum non postremus facit quandam animi rationem vim & legem, qua de recte & male factis admoneamur, & esse in homine dicit quandam rectae rationis scintillam, bonorum malorumque factorum indicem & judicem. T. I. Opp. L. II. c. VII. p. 71. Ita controversiam movent *an sit intellectus, an voluntatis?* Prius, & recte quidem conficit ac determinat JAC. GORDONVS Opp. Theol. moral. T. I. L. I. Quaest. 9. c. 2. p. 103. nec non FRANCISCVS De OVIEDO Theologus Complutensis T. I. opp. in Thomam Tr. V. Controv. I. p. 391. cum aliis pluribus, quos adducere non vacat. Hoc saltem addimus necessitatis causa, ne, quando facultatem dicimus conscientiam, intelligatur potentia quedam *actui opposita & cessans*, sed quae cum *perpetuo actu* & quidem secundo coniuncta sit, unde non refragamur, si quis *actum* nominet, ut D. STRAVCHIVS Theol. mor. p. 23. nec tamen *actum merum* esse appareret,
quia

quia in Scriptura, fatente D. BEYERO in *Theol. Moral. p. 159.* Conscientiae nomen praeter actum quem designat, etiam aliquid in homine permanens importat, tanquam vim aut facultatem vel ἐνέργειαν aliquam. Ad priorem conceptum spectat, quando Conscientia dicitur *judicium, dictamen.* Ad posteriorem quando dicitur *pollui* Tit. I. 15. *Cauterio inuri* I. Tim. IV. 2. *imo emundari*. Ebr. IX. 14. Et facile apparet, qua ratione factum sit, ut nonnulli, methodi doctrinae non ignari, conscientiam pro *habitu agnoverint*, siquidem principia intellexerunt, ex quibus ratiocinatio de actionibus instituitur & conclusiones formantur. Unde etiam HIERONYMO & aliis synteresis, de qua mox agendum, conscientia dicitur. Conf. praeter alias FORBESIVS A CORSE *Theologiae moralis T. I. Opp. C. 16. p. 39.* & BALDWINVS, qui eam facultatem mentis operativam dicit: *Casibus Conscient. L. I. C. III. p. 7.*

XIII.

Recte igitur Nostrates, & qui eos ex Pontificiis ac Reformatiis sequuntur, conscientiam non *uno actu* se exerere, sed primo omnium gaudere intellectum practicum hominis *complexu quodam principiorum*, tum *naturalem*, tum *supernaturalium* deprehendunt. Illa partim *anatura habet inscripta*, partim *per bonam educationem & exercitium crebrum intellectus acquiruntur*. Haec vero divinitus per lectionem, auctoritationem & meditationem impetrantur. Ideo enim tribuitur hominibus, sigillatim Pseudo-Doctoribus ab Apostolo *conscientia cauterata*, quia notitiam veritatis habebant, ad quam dogmata sua & vitae rationes componerent. Hunc complexum principiorum nominant Moralistae & veteres & recentiores συντίρησιν, voce HIERONYMO jam familiaris, id est *receptaculum sive penuarium*, in quo custodiuntur praecpta omnia, quaecunque tum connascuntur tum animo

insinuantur. De quo negotio juvabit Lectorem benevolum legere DANNHAVERVM in *Theologia Conscientiaria T. I. Sect. I. Art. 3. p. 41. sq.* Spiritus S. nominat ἐγών τὸ δικαιούμενό μου ρόμ. I. 32. II. 14. quicquid nimirum legum & praescriptorum tum ex natura tum ex Scriptura notum est aut esse potest: & ante omnia Lex inscripta omnium mentibus, quia reliqua praecepta omnia in hac fundantur, & concentran-
tūr, unde Apostolus dicit gentiles Lege externa destitutos, sibi ipsis esse legem Rom. II. 14. Hoc vero, quod valde mire-
ris, Anonymus supra allatus in libro suo audacter negat
p. II. Die Erfabrungr wiederspricht, daß einiges Principium,
es sey Theoreticum oder practicum denen Kindern und un-
verständigen bekant, oder dermaßen allgemein sey, daß jedermann demselben Beyfall geben solte, maßen die größten
Laster von einigen Völkern als ganz indifferenten und zu-
lässige Dinge ohne einige Gewissens-Angst begangen werden,
daß auch keine einzige Moral-Regul, wenn sie nicht etwan
zur Erhaltung der Gesellschaft nötig erachtet wird, bey allen
Völkern durchgehends angenommen wird, sondern man
wird bin und wieder bey den Menschen contraria principia
practica, und auch sehr unterschiedene Gewissen gewahr,
welche doch, wenn die principia connata wären, alle überein seyn
müssen, wie solches der gelehrte Engelländer Johannes Lockius
in Tract. de Intellectu weitläufig und gründlich ausgeführ-
ret hat. Bene facit, quod fontem erroris manifestat. Plu-
res enim praeter Anonymum seduxit LOCKIUS specie
nominis: rem sobrie expendentes, ac novitatem non pru-
rientes dubios reddere non potuit. Asserta Scripturæ
nobis potiora sunt, quam experimenta LOCKIANA; Neque
Anonymus, neque LOCKIUS, quid in intellectu Infantum
actu primo repositum sit, quod non melius noverit Scriptu-
ra, expisciari potuit. Dudum satisfactum est LOCKIO, qui

in scriptam gentilibus legem expungere non potuit ex Rom. I, 19. II, 15. Si gentiles praxi introduxerunt leges illi legi contrarias, veritas asserti Divini non cadit: falsumque est, gentes dari omnes sensu numinis orbatas: cum ex peregrinatorum, quibus gentiles sua sacra minime retegunt, sermonibus parum sapere quis possit. Intricat itaque se Anonymus, quando ad Spiritum suum tandem negotium trahit: So gerne wir glauben, daß dem Menschen von Natur nichts ins Gebirn geschrieben sei, (quasi ratio non etiam sit in corde, quis eam in cerebrum collocavit?) so gewiß fühlen wir ein principium in unserm Hertzen, das immer Gesetze schreibt, welches principium eben der Geist ist, der das Hertz gewiß macht. p. 12. Hoc modo anima rationalis in cerebro, spiritus Anonymi in corde sedet, qui scribit leges: Ergo vel invitus cogitur concedere esse inscriptas cuilibet, quidni etiam gentilibus? sive jam fiat a Deo, ut nos credimus in ipsa propagatione hominum & animae traductione, sive a Spiritu, quem sibi falso Anonymus excogitavit.

XIV.

Cum vero naturalia principia sive inscripta ab ipsa hominum origine, sive paulatim hausta & comparata, ad recte & plene formandum judicium de actionibus eorum, minime sufficient: opus sane est, ut per illuminationem Spiritus S. ejusque gratiae assistens intellectus ex verbo Dei ulteriori cognitione eaque salvifica imbuatur, atque sic συντήγονος hominis augeatur, & mirum in modum locupletetur, imo etiam per gratiam Spiritus S. regenerantem & inhabitantem sublimetur, purificetur, & in talem statum redigatur, quo adest *spiritus carni*, qualis erat ante regenerationem, contradistinctus & oppositus. Unde jam apparet in homine *irregenito*, uti non est *spiritus*, sed mera *caro*, & carnalia consilia, ita luctam, quae oritur ex conscientiae illius

D 3

prin-

principiis, non esse *spiritualem*, sed *naturalem*, ubi *ratio* cum *concupiscentia* militat, cum in *spirituali*, qualis datur in *homine regenito*, certet *spiritus & caro*, vires supernaturales & dictamen conscientiae illustratae ac illuminatae, cum *concupiscentia* adhuc residua & dominium interdum affectante. Cadit igitur *triplex lingua*, ab Anonymo in quovis homine, certantis inter se corporis, animae & spiritus, excogitata p. 13. Sufficit *lingua spiritus* (nempe veri, non fanatici) & *carnis*, sub qua & *corpus* cum *anima* continetur. Rursus vero *spiritum suum* hic obtrudit Syntereseos loco: *Man muß sich inzwischen wundern, daß es Leute gibt, die eine συντύρωσι, eine solche Huth Gottes im Menschen statuiren, und doch nicht leyden wollen, daß andere eben das mit ihnen statuiren, und daß sie es mit einem deutschen und Schriftmäßigen Nahmen den alles erfüllenden Geist Gottes nennen, welches man vor Ketzerey ausschreyet, eben als wenn es dem Christenthum nicht gemäßer wäre, mit der Schrift als mit der Lateinischen Orthodoxie zu reden, die sonderlich im Papstbum ihre meisten Wunder in kauterwelschen Wörtern und obscuren Terminis gesucht, wie die Schriften der Scholasticorum ausweisen.* p. 23. Verum nolit credere *Anonymus*, se aut vocabulum *commodius*, quam συντρήσεως est, invenisse, cum hoc non Scholasticorum, sed antiquissimorum Patrum sit, aut suum vocabulum nostro aequipollere, cum Spiritus S. nullo modo sit συντύρωσις, et si tanquam ejus opus aut effectus certo modo apud omnes homines concursu generali, apud fideles etiam speciali, dici & haberiqueat. Cum itaque de alia longe re, & plane his incongrua, praeterea ficta, ac in verbo Dei non fundata, loquatur, non male feret, si ejus compellatio in Ecclesia orthodoxa, ubi didicimus distinctius loqui, nondum recipiatur; Et quantum ipsi erit negotii probare, quod affert assertum, orthodoxiam pleraque sua mysteria ex Scholasticis.

laisticis & obscuris terminis reponere, cum hi, quibus hactenus usi sunt praestantissimi Theologi, non ad obscurationem, sed dilucidationem serviant, quod Fanatici, dante id Numine, damno quodam suo didicerunt.

XV.

Posita sic συντηρήσει, tanquam primo conscientiae actū, quo novit dictatque mens, quid faciendum fugiendumque sit, facile apparet, etiam Conscientiam cauteriatam, antequam cauterio signetur, (de quo mox dicemus,) habere perspectum, quid docendum, dicendum & agendum sit, ad eoque instructam esse non saltem generali Idea veri & boni, verum etiam specialiori cognitione hujus vel illius doctrinae aut regulae. Unde nihil deinceps supereft, quam ut praecpta illa applicentur ad factum; Quod cum aut faciendum adhuc sit, aut jam factum, solet a Moralistis Conscientia in Antecedentem & Consequentem distingui, quarum illa factum ante factum, altera post factum dijudicat. Utrobique autem debet accedere accurata notitia illius facti secundum circumstantias, ut antequam patretur, animo repraesentetur, postquam patratum est, distinctissime, vividissime, & quoad minutissima memoriae inhaereat, si praeципue sit extantius paulo. Hoc dici posset συνδόση, sensu Etymologico. Dicunt alii, ut STRAVCHIVS, σύνεστι. Nec male: quia est scientia & intelligentia rerum gestarum. Unde conscientia dicitur esse instar mille testimoniū, adeo ut in ruminandis facti circumstantiis interdum ne ulla quidem excidere videatur. Re sic peracta, tandem ipsa applicatio fit ab intellectu practico, homine etiam non multum disquirente, a lege ad factum, ut hoc declareret aut bonum, aut malum, ac simili vel poenam vel gaudium dictaret. Hos tres actus conscientiae aequiparari alicui Syllogismo sagiores animadverterunt, unde non dubitarunt, illum hic adhiberi, quotquot fere de

Con-

Conscientia doctrinam tractarunt. De Nostris res certa est. E Reformatis GVIL. PERKINSVS, inter Doctores morum non postremus, non aliter : *Judicat Conscientia per modum aliquem ratiocinationis aut disputationis, qui Practicus Syllogismus dicitur, ideo Paulus Rom. II, 15. ait ratiocinationes, τὰς λογισμάς, sese mutuo aut accusare aut excusare.* In ratiocinando Conscientia duobus adminiculis utitur, mente & memoria. Mens est promptuarium regularum, memoria particularibus actionibus menti repraesentandis inservit : Conscientia his suffulta certa deinde argumentationis quadam ratione, sententiam pronunciat : Exemplum ab Homicidae alius cuius conscientia desimi potest in hunc modum :

Omnis homicida est maledictus, inquit mens,

Tu homicida es, addit Conscientia opem ferente memoria,

Ergo tu es maledictus, concludit Conscientia, argue sic pronunciat sententiam.

In Anatomia Conscientiae Opp. p. 1231. Nec aliter alii, sigillatum antea allatus FORBESIVS a CORSE L. I. c. 16. Theol. moral. p. 39. Taceo AMESIVM & alios, omnium manibus tritos, qui rei hujus naturam penitus ingressi, alio & distinctiore modo delineari haud posse non praeter gravissimas causas censuerunt.

XVI.

Quid vero ad haec *Anonymous* noster ? Pro divini Spiritus, quem sibi datum credit, plenitudine ea pro ineptis habet. *Andere meinen*, Conscientia beisse so viel, als concludens scientia, ein wahrer Schluß und Syllogismus, wodurch der Mensch sich selbst das Urtheil spricht. Z. E. Wenn ein Todtschläger in H. Schrift lieset : *Wer Menschen-Blut vergeust, des Blut soll wieder vergossen werden, so macht das Gewissen, oder vielmehr der Geist im Gewissen die Application, und spricht : Du hast Menschen-Blut vergossen, und endlich spricht das*

das Urtheil: Darumb muß dein Blut auch vergossen werden.
Allein daß diese Derivation gantz ungereint, und vor das
Gewissen viel zu langweilig sey, kaniedermann erkennen, der
auff den schnellen Zeugen des Gewissens Achtung giebet. Denn
dergleichen Schlüsse gehören nicht einmahl ad scientiam, ge-
schweige denn ad conscientiam, weil die bloße Vernunft mit
der ganzen Syllogistischen Aristotelischen Kunst zu Erfindung
und Erkäntniß der Warbeit ungeschickt, und eine Feindin des
Gewissens ist, das Gewissen auch hundert Überzeugungen mit
größer Bebendigkeit macht, ehe man auff der Aristotelischen
Esels-Brücken einen einzigen Syllogismum zu wege bringet. p. 16.
Satis acerbe & incondito rudique stylo isthaec scripta video,
ubi nullus tamen satyrae est locus, nec causa ulla. Etsi enim
Syllogismum practicum illum non secum forte ferat vox con-
scientiae, eum tamen non saltem doctrinae melioris causa
in hac doctrina concipi posse, verum etiam a conscientia
actu ipso formari, ita certum est, ut Novator frustra infrin-
gere & negare audeat. Exceptio illa, quod *Syllogismi talis*
structura Conscientiae nimis sit prolixa, (viel zu langweilig)
nonnisi frivola dici potest, nam quod verbis necessariis ore
vel calamo exprimitur, illud in mente vel momento fieri
posse, vel coecus videat & animadvertat: Potestque animus
noſter in iectu velut oculi adeo multa cogitatione complecti,
ut ad illa eo ordine, quo concepta sunt in mente, exponen-
da, longo verborum contextu optis sit. *Syllogismos non ad*
scientiam pertinere, assertum est eorum, qui inter scientias
sub specie novae doctrinae barbariem introducunt, & a ci-
bis melioribus ad glandes juvenes revocant. Quomodo-
cunque rem proponent novatores, si quod ponunt, probant,
Syllogismum vel *formalem* vel *virtualem* ponere, necesse
est. Quidni etiam pertineat discursus sive Syllogismus ad
conscientiam & judicium intellectus? Pone Spiritum Dei

ipsum esse conscientiam, & repraesentare hominis peccata, quid quaequo aliud egerit, quam ut Syllogismo vel explicito vel implicito ipsi damnationem annunciet, sive jam forma logica eum exponat, sive forma oratoria investiat, nihil interest. Sensit sane vim syllogisticam & argumentativam per conclusionem a lege ad factum Cainus, quando Deus eum ita alloquitur : Gen. IV, 10. *Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc IGITVR maledictus eris super terram, quae aperuit os tuum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua!* Etsi igitur conscientia sit *testis festinans*, quae tamen Phrasis in Scriptura de Deo usurpatur, Malach. III, 5. non tamen sequitur, *eam Syllogismo non uti*, ubicunque enim est *lex & applicatio* legis ad factum, ibi Syllogismus, quantumcumque praecipitus interdum, & cumulatus vel 100. aliis Syllogismis: nec opus est, ut ex ponte illo logico, (quem si recte intellegenter Novatores, non ita scabiose exciperent nasutuli,) diuturna inquisitione medius terminus petatur, cum ibi sit in promptu propter leges cordi inscriptas, quae mox & sine mora hominem convincunt, & male a Novatore negabantur. Falso etiam dicitur, *ratiōnēm esse inimicā conscientiae*: per quicquid enim gentiles de Dei existentia & justitia, ut & natura peccatorum suorum, convicti fuerunt, illud non poterat esse conscientiae contrarium, sed ejus potius instrumentum. Atqui, per rationem illud factum esse, testatur Apostolus Rom. I, 19. 20. 21.

XVII.

Potius itaque certum habemus, Syllogismo conscientiae pratico recte ac diligenter considerato, patere felicius posse, quomodo Deus in Conscientia, in ipsius hominis intellectu forum erigat, certosque *actus legales* ante factum, *judiciales* vero post factum exerceat, & in iis homo seipsum citet ad tribunal, seipsum *accusat*, sibi ipsi *testetur*, *legem appli-*

applicet, definiat, imo & exequatur per sensum vel gaudii vel moeroris ex sententia definitiva resultantis. Unde *actio conscientiae condemnatoria* quam violenta sit facile apparet, dicitur enim κυράνωξ compunctio, quae multis velut aculeis fit. Act. II. 37. Hae sunt *plagae & verbera*, quibus peccator a seipso percutitur. 2. Sam. XXIV. 10. *Vermis est rodens & perpetuo arrodens cor hominis*, in ipsis etiam cruciatibus infernalibus non desiturus Es. LXVI. 34. Atque nihil hic interest, utrum diu post factum, an mox post illud perpetratum, rigorosum istud examen instituatur, sufficit eo exacto & hominis peccantis reatu deprehenso oriri pudorem, tristitiam, timorem, perturbationem & non raro desperationem. Primo sibi ipse displicet homo, doletque, se peccasse, unde saepius Scripturae erubescientiam peccatoribus tribuit Esr. IX. 6. Dan. IX. 7. Ps. LXX. 3. Altero, non a virtute sanguinis & humoribus superfluis, ut sit interdum, sed a reminiscentia crebra peccati commissi, derivando, homo ita movetur, ut objecta quaecunque, alias ad animum exhilarandum composita, eum potius dejiciant & prostrant, lacrymasque crebras elicant, praecipue, ubi poena peccatorum irruunt, graviterque affligunt Gen. XLII. 21. Jos. VII. 25. Es. XXXIX. 15. Tertio ita perplexa mens redditur, ut objectum quodvis, tanquam terrificum & ad puniendum a Deo immissum, intueatur, nullaque ratione ad aliam sententiam permoveri possit. *Conscientia scelere obstricta homini terorem incutit, si modo vermiculum aliquem, caput humo exerere, aut pavidum leporem sibi obliquare, vel drepente corporis sui umbram conspiciat aut etiam timidae mentis præsagia secum volvat.* Ita PERKINSVS l. c. p. 1232. qui simul notat, non praeter rem fieri posse, ut talis terror etiam in corpore passiones ac motus violentos excite, quales sunt ardor & aestus summus, Ascensus Iliorum & intestinorum,

deliquia & Syncopae crebrae, somnia terribilia, quod exempla satis lugubria testantur. Sap. XVII. u. sq. Prov. XXVIII. 1. Levit. XXVI. 26. Quartus effectus nostra minus horrendus est, qui in perturbatione, conquassatione & statu inquieto totius hominis consistit, eoque rem perducit, ut nullius tranquillitatis sit capax, verum etiam ex impatientia varia effutiat, Deo & homini indecora, instar maris non quiescentis, quod coenum & lutum expellit Es. LVII. 24. Sicubi remedium non applicatur, sequitur tandem interdum V. Desperatio, ex constanti conscientiae accusatione & condemnatione, falsaque persuasione, ac si nulla spes veniae & misericordiae divinae reliqua sit, coorta, eoque hominem deducens, ut ad Saulis, Ahitophelis, Judae & aliorum exemplum manus sibi violentias inferat.

XVIII.

Quae hic differimus, ad Conscientiam pertinent *reclamam*, quae etiam datur in Haereticis, falsa pertinaciter docentibus, secundum oraculum nostrum: ubi dicit Apostolus, eos etiam habere τὴν ἡδονὴν οὐεῖνον. Haec enim exercet in ipsis actum directivum ante facta, jubetque, ut nequaquam aliter doceant, quam verbi divini regula exigit, sed maneant in verbis sanioribus Domini Iesu Christi & vera de pietate doctrina. 1. Tim. VI. 3. servent accurate & tueantur hypothesin saniorum verborum de fide & charitate in Christo 2. Tim. I. 13. verbum Dei ut operari fideles recte partiantur, populoque Dei salutariter proponant, non corruptum novaturantium doctrinis, aut fabulis & traditionibus contaminatum. 2. Tim. II. 15. 16. sub quacunque pietatis larva & specie id fieri possit: Doctrinamque sanctam etiam vitae sanctimonia in exemplum gregis exornent, non dominando in populum, sed ex toto corde illius salutem quaerendo, procul omni avaritia & impuritate. 1. Petr. V. 2. 3. & ubique current, ut habeant

babeant conscientiam bonam 1. Tim. I. 19. Ubi vero post facta actum judiciale exerceat, sicut doctorem in sinceritate Deo servientem absolvit, (ita tamen, ut se coram Deo non ab omni culpa immunem profiteatur 1. Cor. IV. 4.) gaudiumque & tranquillitatem, ac promptitudinem in ejus animo producit Phil. II. 17. 18. sic ubi secus res gesta est, non poterit non motus satis horrendos concitare conscientiae judicium, & συντίψει, quidem suppeditat magnitudinem muneris docendi ac ministerii officia, praemia & poenas, memoria & scientia subministrat doctrinarum propositarum aut falsitatem aut incertitudinem, negligentiam & incuriam, virtute praeterea improbatatem, animarum damna & scandala contracta, tandem conclusio aeternas & eo magis horribiles poenas annunciat, quo excellentiores gloriae gradus sunt, qui sinceros Dei ministros aliquando in aeternitate manent. Dan. XII. 48. Hoc ordinarium est officium conscientiae, adeo, ut etiam in regeneratis illud expletat, & de peccatis commissis eos commonefaciat, perinde ut ante factum ipsos ad abstinentium compulit.

XIX.

Sunt vero adjuncta quaedam conscientiae, quae probe expendi debent, & ex quorum ordinatione colligi poterit, quam sedem habeat in hac doctrina *Conscientia caveriata*, de qua agimus. Est enim I. aut *naturalis* aut *re-generata*: Illa ex solis *naturalibus principiis* de actionibus judicium instituit: Haec vero simul de officiis omnibus ac singulis ex *revelatione Scripturae* edocta, eo praestantiorum fert sententiam, quo magis lumen hoc prae altero excellit, unde iregenitum coercet ratio, regenitum Spiritus, in regeneratione acceptus, non Spiritus a Fanaticis excogitatus, qui omnibus hominibus sit communis. Est porro II. aut *recta* aut *erronea*: Illa jam descripta est, & ex ve-

ris atque indubitatis principiis veraque facti scientia de ejus bonitate aut pravitate exalciatum ac legitimum iudicium format: Haec vero aut falsis principiis *imbuta*, aut illorum cognitione *definita*, aut circumstantiarum facti *ignara*, falsam & praeposteram sententiam dicit, adeoque hominem in miserum satis statum conjicit, ut in certis casibus, & secundum illam conscientiam agens peccet, & contra eam aliquid suscipiens non minus delinquat. Et praeterea III. Conscientia aut *certa* & *firma* aut *probabilis* & *dubia* est. Illa de veritate principiorum suorum secura sententiam suam ratam habet firmamque: Haec formidinem aliquam oppositi circa hoc vel illud agendum in specie sentit, adeoque ad id, quod maxime probabile deprehenditur, tandem se alligat aut se ad neutrum determinat, de quo Morum Doctores multa praecipiunt, quae huc non spectant. Non minus est IV. aut *integra* aut *vulnerata* ac *laesa*; Illa circa hoc vel istud factum hominem non impedit esse dictitat, neque dictamen suum laesum fuisse testatur: Haec vero homini objicit, esse alicubi peccatum, idque vel gravius vel levius se habere, ac necessitatem applicandae medicinae imponit. Ita V. est aut *tranquilla*, *sanata*, & *pacata*; aut *inquieta*, *scrupulosa*, & *meticulosa*. Ita aut ob absentiam facti turpis, aut remissionem peccatorum impetrat, quieta & placata est, haec vero anxiarum se exhibet, &, utrum etiam poenitentia vera sit, utrum remissio peccatorum impetrata, utrum Numen placatum, utrum fidem habeamus, sollicitate admodum disquirit, ex quo capite variae tentationes eaque gravissimae oboruntur. Deinceps VI. vel *excitata* ac *vigilans* est vel *sopita* ac *dormiens*. Illa quamprimum aliquid sive boni sive mali factum, officium suum confessim exercet, & aut absolvit hominem, aut accusat, reatum & damnationem annunciat; Haec vero sen-

sensibilius agendo velut quodammodo suspensa est, & per varias causas in conatu acclamandi, accusandi & condemnandi peccatorem, velut sufflaminata, instar ignis utcunque sub cineribus suffocati, suo tempore in eo ardentes flamas exarsuri. Tandem VII. est vel tenera ac *mollis*, vel *temeraria* ac *dura*, *callosa* & *insensibilis*. Illa ad quodvis factum, etiam, ut videri poterat, levissimum, examinandum occupatissima est, & vel minimos lapsus in doctrina vel vita commissos accuratissime attendit. Haec vero ad crassissimos etiam errores in doctrina, lapsusque gravissimos, maresia caute immobiliar est, & ab exercitio judiciali aliquamdiu, imo interdum satis diu, cessat, ita, ut homo nec angatur ex diuturna consuetudine peccandi, velut callo obductus, nec a peccato continuando desinat & ferietur.

X.

Apparet jam ex his classibus, (ad quas, quaecunque de conscientia in Scriptura hinc inde praedicantur, referri possunt,) quorsum pertineat *conscientia cauteriata*, quam tribuit Paulus doctoribus pertinaciter falsa docentibus, nimirum ad ordinem sextum & septimum, ubi nimirum conscientia pri-
mum incipi lethargo quodam & sopore indormiscere, tan-
dem vero prorsus fieri callosa, & cauterio inusta sensum ad
tempus amittere. Vocem illam (*κεκαυτηγιασμένοι*) credi-
mus a Spiritu S. summo cum iudicio esse positam. Desum-
ta est vel ex foro *medico* & *chirurgico*, vel *politico*. Utro-
bique cauteriorum usus est. *Καυτήριον* ferrum est candens
admotum loco corporis aut fano in poenam, aut aegro in
aliqualem medelam, & hoc ad abigendum dolorem. Cau-
terio membra resecta & amputata non meminerim. Unde
BEZA de amputatione conscientiae minus commode expo-
nit, Notis in h. l. Putrida enim membra rescindi & fana
deinceps cauterio amburi solent, ne gangraena aut Spha-
celus

celus ulterius serpat. Aliud itaque tertium comparationis querendum. Interpretes nonnulli alludi existimant *ad modum stigmatibus & cauteris notandi* homines infames, ut ab omnibus agnoscantur & fugiantur. Nec sane negandum, hoc apprime falsis doctoribus & seductoribus convenire, adeo enim sua ipsorum conscientia teste sunt ἐπίσημοι, ut nullo negotio distingui queant, quamprimum dogmata sua sublesta proponunt. Unde CHRYSOSTOMVS in b. l. Homilia XII. cauteriatam conscientiam de πονηρῷ ζωή vita impia male docentium, quamvis exterius satis picta & fucata, exponit. AMBROSIVS *notam infamiae, morum corruptionem, & immutabilitatem* sub hac voce latere credit. Neque hic insiciandum, pertinacibus errorum defensoribus haec attributa omnino competere. HAMMOND VS de tortura Conscientiae explicat, idque autoritate HESYCHII & PHAVORINI, qui idem scribunt esse, ac βεβαυωντες. Et hic character alias genuinus est Seductorum. Sollet enim subinde redire tormentum, & examen conscientiae, tametsi aliquamdiu torpescens. De nota infami etiam CORNELIVS a LAPIDE, JOH. ESTIVS aliique exponunt, remque illustrant ex IRENAEO L. I. c. XXIV. qui Gnosticis hunc morem fuisse animadvertisit, *ut suos cauerio in aure notarent*, quod aliis non minus deinceps in usu fuit. Ita quoque GROTIUS, & videtur eo inclinare RAVANELLVS, vocum nonnullarum non infelix indagator. Non autem videtur eo respicere Apostolus, si naturam conscientiae & scopum Spiritus S. conferamus. Innuere vult ante omnia inter reliquas notas seductorum, eam quoque velut singularem esse, quod contra conscientiam ejusque dictamen doceant, ac doctrinas proponant, quas norunt verbo Dei reluctari, toties a veris doctoribus confutati, rei quam docent, natura convicti, suorum asseclarum meliora edocorum

rum testimenti superati, atque sic solo ambitionis, pravae cupiditatis, temporaliumque bonorum tractu, suis opinionibus inhaerentes, tum quia culinam implet, tum quia populo placent, tum quia iis ita libet, odium exercere adversus recta docentes, & novitatum inimicos. Hoc cum faciunt, graviter vulnerant conscientiam, quae ubi reclamat subinde, vellicat & stimulat, doloresque movet, nec se plane sopiri patitur, aut sopita tamen subinde reviviscit: potenti tandem cauterio, id est pertinacia animi, & temeritate ac arrogancia ea comburenda, suppressa & compescenda esse illis videtur, ut tandem aut aliquamdiu ab operatione cesseret, aut cum illud perpetuo fieri nequeat, saltem non attendatur, sed sine sensu conscientiae recalcitrantis in via malitiae pergent. Unde redduntur homines in sua ipsorum conscientia atro velut carbone notati, dummodo velint simum suum excutere & se intueri. Optime AEGIDIUS HVNIVS noster: *Haeretici causam suam agunt mala conscientia. Ut cunque enim studium veritatis simulant, plerumque tamen in corde suo norunt, se malam fovere causam. Atque hoc est, quod de cauterio conscientiae scribit Apostolus. Maxime vero qui verbo Dei semel iterumque confutati nihilominus in errore persistunt, ut plurimum circumferunt fauciā & cauteriatam conscientiam ut cōtoruītānq̄to. Tit. III.* Et porro: Cauterata conscientia dicitur illorum falsiloquorum spirituum, qui et si simulant foris coram hominibus, aliud a se nihil quam liquidam veritatem proponi, tacito tamen propriae conscientiae testimonio stimulantur intus, & hanc indelebilis nota cordibus illorum inuritur, quod scientes solentes falsitatem defensent, & huic oppositam veritatem oppugnant ex proposito, quodque ea servanda hominibus obrudant, quae ne ipso quidem servare queant, licet coram hominibus plane simulerent,

F

a se

a se religiose illa servari. Graviter haec & vere HVNNIVS
Comment. in b. l.

XXI.

Miserandam hanc esse animae ejusmodi faciem, facile apparet in timore Domini rem cogitanti. Scribit PAVLVS nonnullos *a se abegisse conscientiam, & in fide naufragium fecisse* 1. Tim. I. 19. quod cum ἐμφατικότερον sit, neque facile fieri queat, ut conscientiam inclamantem repellant, id indicare vult, quod omni labore & nisu ejus accusationibus resistant, atque se adversus illam arment. Operam dant, ut *a conscientia non redarguantur, & hoc operam dant omnibus modis, ac quasi cauterio eam adurunt, quemadmodum aliquis GANGRAENAM, VERMEM vel malum pestilens & aliis remedii non cedens ex corpore exurit.* Hoc cauterium est CONCPISCENTIA ingens, HYPOCRISIS, fraus sophismata, quibus *sé indurant & obstupefaciunt, ut nihil possint recte intelligere.* Ita COCEIVS ad b. l. in Thesi non male. Homines ejusmodi ἀπηλγηστος nominat APOSTOLUS Epb. IV. 19. callosos & duratos, in quibus conscientia aut tanquam vino saucia, lethargo sopita aut narcoticis delubita obrigescit, stupet, sensu sui mali caret, nullo aut fumo aut stimulo aut clamore excitabili, insar Sisarae, quae meditationes sunt DANNHAVERI Theol. Conf. P. I. Sec̄t. II. p. 162. aut si interdum reclamat, omni contentione rursus supprimatur. Italorum vox est, Ita LVTHERV ad Gen. XLIII. usitata, oportet conscientiam occidere & dicere quod sit nihil! Conscientiam si illi extenuant, & pro phantasia habent, prout exemplis tunc constitit, non soli id fecerunt, habent qui imitentur. Non quidem semper suffocat penitus, qui hoc stigmate laborat. Dormit non mortua est Alethaea conscientiae, pressa licet tamen aliquando vivax! Pet 2. Tim. II. 26. sicut is, qui spinam pedi impactabebat, quanto magis eam premit, tanto infigit altius: sicut

sicut is, qui acuta febri cruciat, si infrigidas se aquas im-
mergit, levamentum haurire videtur, at revera febris ardo-
rem accendit & intendit: ita carnalis voluptas sopore vide-
tur remorsum, sed recrudescit viride virus, intercedit, al-
loquitur temulentum, non audita tandem clamat vindictam.
Ita porro DANHAVERVS l. c. Periculosisima itaque
crisis est ejusmodi hominum, fit enim, ut dum vivunt ad-
huc, eo majori violentia expurgat conscientia, nullis dein-
ceps cauteriis amplius placanda, sed aeternis potius flam-
nis ustulanda. Removet non saltem cauterium postrema
dies mortis, & illa extremi judicii, verum non raro dies ad-
huc viventis hominis, & quicquid absconditum, revelat.
Lege quaeso, benigne Lector, quae SCHLVSSELBVRCIVS
in *Catal. Hereticorum P. VI. de poenis Osiandistarum* com-
mentatus est, & stupebis justitiam Dei in doctoribus caute-
riatis. Ipse OSIANDER aliqui audacissimus, amissio tandem
omni vigore, tam pavidis reddebat, ut homicidas in pla-
tea occurrentes sibi imaginatus, armis sub veste tectis, aut
gladio accinctus, & concionaretur & armatus prælegeret, &
in desperatione moreretur: Cum antea conscientia adeo
temeraria fuerit, ut saepius ad tria A, quae hinc inde adscri-
pta habebat, provocaret, quibus suam causam commenda-
ret I. Deo dem Allmächtigen. II. Alberto Duci, & III. Adamo,
quod nomen erat Carnifici: Neque dissimulavit scribere,
se inter omnes Lutheranos solum intelligere doctrinam de ju-
stificatione. Nec aliter JOHANNES FVNCCIUS OSIANDISTA, qui
cum de fide vera propaganda laborare debebat, homo po-
lypragmon, perturbatorem egit, & pessimis consiliis ortho-
doxos virosque sinceros intervertit, capite tandem plexus
& conscientiae vulnera confessus. ANDREAS FABER, Me-
dicus Osiandista post consultationem malignam, ut & JO-
HANNES SCIVRVS, Hebraeae linguae Professor, cita morte

abrepto. Praesertim autem MELCHIORIS ISINDERI exemplum lugubre ob oculos ponit, qui ob privata commoda OSIANDRO adstipulatus, ejus causa defensa, in phrenesin incidit, & primum se contradixisse saepius est vociferatus, MOERLINO & aliis bonis viris nequicquam blande eum erigentibus, furere tandem coepit, & munito conclavi inclusus laceratis vestibus toto corpore nudus, horribili clamore & mugitu, quem ipse SCHLVSSSELBURGIVS saepenumero non sine tremore audiverit, cateno alligatus, stramini involutus, iam ubi ista scribebat beatus Theologus integros octo & viginti annos desedit, aliquod forte deinceps tempus adhuc in eo statu perseverans. Nec multo alteriter quam desperabundos interiisse notat PETRVM ARTOPAEVM, LEONARDVM CULMANNVM, praecipue FREDERICVM STAPHYLVUM, qui antea temerariam satis vocem in ore gesserat: *Aut ego peribo, aut schola haec pereat!* tandem vero turbata conscientia mortuus, ubi debuit sepeliri, forniciibus sepulchri bis corruentibus altera vice sic ferebro concusso & in terram lapsio suppressoque simul absque manuum opera sepultus, vel potius lapidibus terraque obrutus, & ita relictus est ad perpetuam rei memoriam. Fidem referentis nemo hastenus reddere potuit dubiam: nec aliud hinc elicimus, quam cavendum esse, uti omnibus mortalibus, ita speciatim docentibus, ne conscientiam ita existiment stupefactam, ut non justo tempore excitata eo vehementius impetum peccantem. Quid vero gravius peccari potest, quam analogiam fidei salvificaem, quae una simplexque est, ad acquirendam vel famam, vel sedandam famem, turbare novis & in Ecclesia Dei inauditis, aut jamdudum damnatis, fundamentales articulos aut recte aut indirecte evertentibus, erroribus, animasque hominum simpliciorum irretire, & pretiosum illud depositum Christo eripere. Quin enim

enim tendant conatus illi tandem ad desperationem, nisi mature medela paretur, nullum est dubium. Nec minus in rationibus vitae universae hoc usu venit. Homo tenerae conscientiae minimum peccatum sentit: Cauterata prae-ditus aliquantisper ne in maximis sensum habet, aut saltē non attendit, aut curat. *Tenellus puer aut mulier non as-fvet frigori & pluviae, levissimam quamque auram animad-verit & vitandam judicat, rudit fossarius, pīscator vel nau-ta nequidem tempestatem & fluctus attendit, longa enim as-fvetudine occuluit ad inundationes: Eo gravius vero deinceps plerumque aegrotat.* Sententia est FORBESII antea adducti l.c.

XXI.

Solet vero & hic pallium quaeri, nihilque solennius est, quam ut falsa docentes *ad conscientiam suam provocent*, eamque se custodire hinc inde clamitent. Verum placent hic admodum verba LVTMERI nostri: *Wir können allzumahl mit dem Wörtlein Gewissen die Welt teufchen, so lange Christus in der Wiegen liegt, und ein Kind ist, wenn er aber einmal groß werden und mit Gewalt kommen wird, so werden wir erfahren, wer den andern getreubet hat.* T. V. Altenb. p. 380. Ubi nullae sunt tentationes, sed omnia ad nutum succedunt, ut multis factum est aliquando pravis doctoribus in ecclesia, facile poterant ad conscientiam provocare quasi re bene gesta. Faciant vero id si possunt, ubi ingruunt fluctuationes animae de gratia Dei, remissione peccatorum, vitae aeternae certitudine, mortis praecipue hora approxinante, & accidente memoria ultimi illius Diei tremendi, & sententiae Jesu Christi decretoriae. Faciant inquam, & provocent ad suam conscientiam in ultimo mortis articulo doctores, articulum de Christo mediatore ac redemptore universalis, fide sine operibus iustificante, gratia Dei per Salvatorem unice comparanda, infringentes trinitatem auda-

cter negantes, Sacra menta corruptentes, evertentes, blasphemantes, cultum divinum publicum convitantes, arroganter sibi solis sanctimoniam singularem tribuentes, omnia in ecclesia Dei puriore contemnentes, & false irridentes, Separatistum, Indifferentium, Atheismum invehentes, palliantes, excusantes, conjugium adunco naso suspendentes, verbi divini vim & efficaciam insitam negantes, ejus divinitatem impugnantes, operibus vel directe vel indirecte salutem & justitiam aut meritum tribuentes, homines ab ordinariis ad extraordinaria ablegantes, frigus & temorem in rebus fidei introducentes, humana denique instituta pro diuinis venditantes, catenamque fidei salutaris, quoquo modo temere rumpentes, in universum hominum magis, quam Dei gratiam, & animarum salutem querentes, & experientur loco quietis clamorem recalcitrantis Conscientiae, pro tranquillitate animae desperationem, pro laeto exitu horribilem egressum ex hac vita, nisi medelam tempestive applicent. Non valet provocatio ad conscientiam quamvis, sed ad solam eam, quae ex verbo Dei recte ac solide est informata, quae si ita comparata sit, tales errores omnes & singulos, imo & alios quoscunque, serio detestatur. Unde equidem non ad conscientiam, sed ad verbum Dei est provocandum. Unice verum est, quod cum illo convenit: Falsum, quod dissentit. Dantur tamen casus, in quibus ad conscientiam adversarii recte provocatur, & ejus confessione *αὐτονόμη* redditur; Quod ubi concedit LAMBERTVS DANÆVS, optaremus, ut melius ad animum in praxi revocasset, in Elencho Haeretic. p. 159. sq. Potest enim fieri, ut docentes ad manifeste absurdia dogmata defendenda delabantur, quod etiam simplicissimi hominis conscientia detestetur, quod exemplis recentioribus antiquis & mediae aetatis facile esset probare; Poterat interdum labes errorum spuriissimo-

cissimorum ad plures etiam propagari, ut coetus *Gnosticorum*, *Opbitarum*, *Manichaeorum* & *Catharorum* abunde docent, ut non tam mirari subeat, talia quondam esse facta, quam hodie a nonnullis in evangelica ecclesia, cum quorundam plausu, esse aut defensa aut excusata. Imo poterat unus alterque crassissimus error ipsa hominis cujusque di-
stante conscientia detectabilis integris conciliabulis confir-
mari. Hac ratione non veriti sunt Patres, non Patres, in
Synodo Constantinopolitana A. DCCCIX. Moechianorum pu-
tidum commentum confirmare, quo Regum adulteria le-
gibus eximebant, quorum idcirco aures & conscientiam
THEODORVS STVDITA scriptis admodum acribus prout mere-
bantur, vellicavit. De quo negotio praeter alios **BARONIVS**
ad A. C. 809. p. 584. s. q. fusiis legi meretur. Nec multum ab-
sunt ab hac opinione *Moechianorum*, quae ab *Anonymous in lib.*
de Conscientia, de Polygamia per Christum nec sublata, nec per
leges tollenda p. 134. 135. differuntur.

XXIII.

Dantur vero medelae *Conscientiae cauteriatae?* Quid-
ni? Audiamus **DANNIHAVERVM:** *Emollitio, inquit, conscientiae*
per licentiam, impudentiam & affuetudinem peccandi tan-
quam ferrum aliquod candens cauteriatae, induratae, ex-
cocatae, exsurdatae, lethargo soporatae, obtineri mediis ordi-
nariis vix potest. Potest tamen. Potuit Paulus a rabiie con-
verti, Augustinus e funibus pravae consuetudinis eluctari.
In solo Satana est induratio impervincibilis. Bene ac
graviter! *Theol. Conf. P. I. Scđt. II. p. 309.* Revera ad
Θεόν & miraculum divinum referit Theologus exasciatissi-
mus conversionem hominis conscientiam cauteriatam habentis.
Fit tamen, ut convertantur. Exempla id docent. *Quatuor*
*gradus sunt, quibus utitur Spiritus Sanctus, & ad quos ejus-
modi homini probe attendendum. Loquamur de substra-*

ta

ta materia Apostoli. Doctor ecclesiae cauterius videt Spiritus S. illuminationem, quae ipsi offertur, adeo ut veritas ipsius oculos saepius perstringat. Adeoque initium mendelae capiendum est a doctrinae coelestis accurata cognitione. Hoc, quod mireris, imo stupeas, negat *Anonymous*: Equidem alicubi recte scribit, *wer ein gut Gewissen oder Rube seiner Seelen erlangen will, der muß zuförderst die Offenbahrung der Warbeit, zu seiner Überzeugung, leiden können.* p. 126. verum ubi rem cognoscendam describere debebat, & naturam & Scripturam eodem pondere habet, *Gott schreibt im Buche der Natur eben so nachdrücklich durch seinen Geist der Weisheit, als er durch erleuchtete Menschen-Feder schreibt: ohne Glauben aber kan man in beyden Büchern nicht mit Nutzen lesen* p. 143. *Ob die heil. Schrift eine noch größere Gabe Gottes ist, oder das Buch der Natur, so müssen wir doch Gott nicht an die heil. Schrift allein binden, sonst machen wir so leicht einen Götzten darauff, als der Pöbel im Orient aus dem Feuer machte* p. 154. *Die Erfahrung hats ja jederzeit gelehret, daß die äußere Predigt des Wortes niemals das wahre und einige Mittel der Bekehrung oder des Glaubens gewesen, maßen aus heil. Schrift vielmehr Exempel können beigelegt werden derer, die durch die Predigt des Wortes verstickt, als derer, die bekehret worden. Wäre die äußerliche Predigt das ordentliche Mittel der Bekehrung so müßte Christus alle Menschen bekehret haben, die ihm gehört, allein weit gefehlet!* p. 196. *Alia ut praeteream, quae eotendunt, ut in rebus fidei adeo exakte & rigorose omnia non cognoscere cupiamus, sed lumen saltem naturae recte adhibeamus: Man muß nicht meynen, als wenn der natürl. Mensch mit seinem natürlichen Verstände nicht begreiffen könne, was die Schrift von Gott sagt, weil viele Theologi die Schrift wissen und glauben, und gantz accurat von dem Glaubens-Arti-*

Artickeln reden können, und doch dabey von ihrer natürlichen Unart nichts vergessen p. 180. Quae crassum satis Pelagianismum sapientum, homines ad Neutralismum religionum seducunt, Pucciumque & ejusmodi farinae dudum rejectos homines, fistunt redivivos. Cognitio sui ipsius quam alias urget, ut & doctrinae, coelestis & illuminatio Dei non aliter quam per verbum Dei fieri potest, id que per certa & legitima media exegética probe intellectum, sic enim virtutes coelestes ibi obsignatae recluduntur. Quamdiu a scrinio pectoris humani, aut rationis dictamine dependet, lucem, etiam apertis oculis, non videt.

XXIV.

Alterum remedium est diligens conscientiae excusso & excusat. Qnanquam enim calcaribus non opus habere videatur, sed sponte evigilet, habet tamen Deus modos percutiendi & tangendi hominem dormientem. *Divina quasi manus eorum, tanquam forcipe candenti tangit, torquet, conterit, ut tanquam in quaectionibus incipiat confiteri.* DANNHAVERVS l. c. p. 311. Quorūm spectant paedagogiae variae, quae instar sternutatoriorum sunt, torpescentes excitantium, ut homo repeat cogitando vitae suae seriem & evolvat. Hic rursus oblatrat *Anonymous* Conscientiarius, &, dum alteram regulam suppeditat, *Leyde das böse Gewissen!* scribit: *man solte meinen, es wäre zu Erhaltung des guten Gewissens nichts nöthiger als die fleisige Prüfung desselben, und solte dabero diese Regel vielmehr beifien: Prüfe dein eigen Gewissen!* Quid vero impidebat? Alleine von dieser Gewissens - Prüfung stieber abermahl nichts in Heil. Schrift, sondern diese Redens-Art hat ihren Ursprung von der gemeinen Unerkäntniß des Gewissens, bey welcher man immer das Leyden und Thun miteinander confundiret. Wir können das Gewissen nicht prüffen, sondern es prüfft uns. p. 199. Sapiunt haec rurus dentes, qui omnia, etiam innocentissima, arridunt. Quando Spiritus S. εαυτὸς πειράζει, εαυτὸς δοκιμάζει! ingeminat z. Cor. XIII. 5. omnes internas animae facultates excusas & exploratas vult, & quidni etiam conscientiam, si interdum dormit & cauteriata est? Neque vero haec ferre poterat, qui statuit, *Spiritu Dei ipsum esse conscientiam*, quantumvis falsissime. Probatio praeterterea coelestis sapientiae probationem ab homine suscepit non tollit, & qui uno respectu dicitur probationem pati, alio respectu jubetur eam suscipere & insituere. Opus ergo est,

ut cauteriata conscientia praeditus vulnera conscientiae infixa nondum curata refriceret, antequam ad medelam ulteriorem sit locus.

XXV.

Tertium remedium est, *vera conversio & applicatio agnitarum veritatum & promissionum evangelicarum per fidem, quae uti omnem Conscientiam cauteriatam, ita eorum, qui pravae doctrinae faverunt, signifikat statum miserum in melius restituere potest. Sangvis Christi est, qui emundat Conscientiam, a mortuis operibus, & in gratiam cum Deo redicit Hebr. IX. 14. & hoc per imputationem nullo respectu ad opera habito, sed intuitu potius folius fidei, quae oculo irreto Christum respicit, in justificatione & sanctificatione Ebr. XII. 2. Exemplo est Paulus ex confessorum persecutore ipse confessor factus, exemplo Origenes aliique, tametsi forte pauciores. Ita nobiscum videtur *Anonymous* sentire, bleibt dennoch der Glaube oder das Vertrauen auf Christum und sein Blut das einzige wahre zulängliche Mittel ein gutes Gewissen zu erlangen, weil alle andere Mittel ohne den Glauben unzulänglich sind. Verum mox satis graviter impingit, quando addit, auch die Heil. Schrift selbst, als welche obne Glauben nicht verstanden noch genutzt werden kan p. 193. Scriptura enim potest vi assistentis Spiritus S. gratiae intelligi ab illuminato, tametsi nondum regenito & quia fides & Scriptura sunt subordinata, tanquam causae & effectus, non debebant invicem opponi, manetque praeterea Scriptura efficax in se & viva, tametsi homo legens non habeat fidem, sed operationem repellat. Falsum itaque est, weil die heilige Schrift selbst von Gläubigen und im Glauben geschrieben ist, darumb kan sie nicht das adaequate Mittel zum Glaubenseyn. Satis fanaticum hoc asserere, neque Barclajus frigidius de Scriptura sentiret. Eo magis vero prodit mysterium, quod omnium Indifferentiarum more FIDEI vocem capiat, quando scribit: Der Glaube macht allein magos, der Glaube allein macht Christen, der Glaube allein kann alles nutzen und brauchen, es heiße Natur und Creatur, es heiße Schrift, es heiße Kreuz, es heiße Noah, es heiße Todt, es heiße Jerusalem, es heiße Beileben, in summa, der Glaube findet tausend Mittel zu seiner Erhaltung, es muß ihm alles dienen, wenn er nur erwecket ist p. 194. Servet vero sibi hanc fidem suam Novator. Nobis non sic: fides vera unico objecto, nempe merito Christi & promissionibus verbi nititur. Quale objectum & correlatum, talis erit fides. Unde non*

non mirum, quod *Anonymous* inter tot horrendas novitates etiam OCVLVM FIDEI concedere nequeat, sed satyrico stylo proscindat. *Das Glaubens-Ange*, welches man in so vielen theuren Schriften Gottseeliger Männer antrifft, ist eine offenbare contradictione in adjecto, der ganzen heiligen Schrift, der gesunden Vernunft, der Natur des Glaubens, der Natur des Auges zuwieder, und ein so schädlicher terminus, daß er nicht nur an aller Erkantniß der Warbeit hindert, sondern auch das ganze Christenthum, das auf den Glauben geprindet ist, den vernünffigen Heyden zum Gelächter machen muß. Parum abest, quin iusturi sunt Novatores homines simpliciores a pane imposteroor edendo abstinent, tanquam re obsoleta & praejudicis plena, naturae humanae & animali contraria, omnibus stolidis communi & recepta, & longe infra fortem hominis, tam nobilis creaturae, posita. Atqui Scriptura fidei oculum vel aliquoties in uno capite XI. ad Hebreos tribuit, & distinguit inter visionem corporalem & Spiritualem, haec objecum suum aliter quam per fidem intueri non potest. Quomodo enim vidit Abrahamus diem & adventum Christi? per fidem! Nec aliter erant Patriarchae omnes bona promissa idōtēg πέποδεν, quam per fidem. *Hebr. XI. 13.* Moses απέθλεψε, respxit & vidit retributionem divinam in antececlsum, non aliter quam per fidem: & τὸν ἀργατὸν ὡς ὁγῶν ἐκάτερης invisibili enim adhaesit tanquam videns, quomodo? per fidem! v. 26. Tacemus reliqua, quibus conscientiam & suam & aliorum, plus turbat & onerat, quam instruit.

XXVI.

*Quatum tandem remedium conscientiae cauteriatae supereft, in emendatione confitens, ut, sicut omnibus hominibus incumbit custodia conscientiae per exercitium fidei & verae sanctimoniac ac precium, ita speciatim doctribus ecclesiae a vulnere conscientiae sanalis ipsa conscientia hoc munus injungit, ut ad custodiendam doctrinae coelestis puritatem omnem operam convertant, eamque adversus insultus adversariorum debitum armis defendant, & praecepit Syncretistarum, Neutralistarum, & Libertinorum casta & confili fugiant, quia nihil certius, quam interitus animae ex illis expectandus, nec gravius fere conscientia laeditur, quam Christum Beliali consciendo. Ita Paulus conversus sine mora confessionem de Christo publice proponit. *Aet. IX. 20.* Aliter vero rursus visum *Anonymous* nostro. Ut enim conscientiae vera libertas non est, credere, quicquid velis, aut ibi credendum videatur, sed quod verbum Dei scriptum credendum dicitat, ita in contrario inculcando totus occupatur. Cultum externum & dogmatum publicam propositionem pro tortura conscientiae declarat, multaque differt de liberitate conscientiae p. 139. & seqv. ita, ut facile advertas quorsum tendant, non enim*

52 DISSERT. THEOL. DE CONSCIENT. CAVTER.

enim dissimilare potest, es komme alles in punto unsers Heyls auf dem unsichtbaren Christum in uns an. p. 47. Qui in omnibus sit hominibus cuicunque sententiae & doctrinae adstipulentur, unde suader Magistratibus, ut publicent, esse commodius meliusque, ut ordo divini cultus aliquis servetur, neminem vero, qui se excludere velit, ideo turbent, sed si quis ex Clero aliud quid proponat, non audiant, sed curent, ut saltē circa reditus nihil omittatur. Nisi hoc proficiat, eum bona conscientia posse a manere dimitti, müsse man drauf bedacht seyn, wie man ibn mit manir losz würde, und das mit gutem Gewissen p. 48. Istaque scribit, qui ipse ministrum ecclesiae agit, ut ex diversi locis satius patet. *Sammatum Indifferentismus & Libertinismus ubique commendat, die Wiedertäuffer und Quacker haben zwar viel gutes, aber auch viel Eigenes* und Irrtum p. 134. Hoc etiam alii Fanatici dicunt. Wir werden dort nicht gefraget werden, ob wir diese oder jene Question aus dem Huttero noch können, ob wir den Catechismus fleißig gelernt haben, ob wir zu Wittenberg, Jena oder Halle gewesen sind, sondern es wird eingantz ander Examen angestellt werden, dabey das Gewissen das meiste wird zu thun haben, p. 170. Veniet vero omnino in considerationem quid & a quo didicimus, & si ratio reddenda est de quovis verbo otioso, Match XII. 36. sane etiam poscetur ratio reliquarum circumstantiarum, quae Novatori videntur esse minoris ponderis, ut & de nugis sermoni immixtis.

XXVII.

Commandavimus etiam preces ad Deum pro corde purificando & conservando in puritate doctrinae ad vitæ postremum halitum. Has etiam commendat *Anonymous*, sed perperam satius descriptas. Vult eas dictatas esse a conscientia, hoc est a *Spiritu interno*, partem hominis constitutiva, creditque haec sua mysteria hactenus non intellecta. *Die bloß natürlichen Menschen verfehlen nichts vom Geiste Gottes, sie zerkaufen sich am Buchstaben, daß ihnen der Angstfurchtweiss ausbricht, und können doch der Warheit keinen Geschmack abgewinnen, darum können sie auch nicht recht beten*, p. 200. Si de Spiritu Sancto per fidem inhabitante corda fidelium loqueretur, recte se haberet, male vero intelligi & fanatico more Spiritus vocem, supra vidimus. *Im Geiste betten heißt nach Anweisung des Gewissens sein Verlangen einrichzen, und in der Warheit beten, das heißt ohne falschen Schein in herzlicher Demuth beten*, p. 211. utrumque partim *falsum partim insufficienter propositum*. Longe aliter nostra spiritum & veritatem interpretantur. Suum tandem exemplum, quomodo preces sicut ab ipso internae & quo fructu, erat subiuncturus *Anonymous*, sed reticuit. Bene factum. Reliqua, quae hinc inde occurrunt ab analogia fidei recedentia, ut falsa versio *Loci Hobitici* o. 19. de Goede redentore & quae alia sunt, hic non tangimus. Vel ex his patere potest, quantum libertatis libi Spiritus vertiginis nostræ tempore sumit, ut etiam aliquamdiu impune dominetur in iis, qui suggestum ut Ecclesiastæ Evangelici confundunt, & non doctrinas evangelicas, sed plaustra errorum partim hinc inde collecta, partim excoigitata, ore & calamo spargunt, atque lic numerum eorum, qui conscientiam habent caueriatam, nostro equidem cum dolore augent. Faciat benignissimus Pater misericordiae, ut, quotquot haec ratione animas sanguine filii ipsius pretiosissima partes graviter laedunt, quid faciant, agnoscant, & me illora edocti se in ordinem recipient, Ecclesiaque a tot invasoribus hanc tenus impedita tandem aliquando aliquam experientur

TRANQVILLITATEM.

PRAECLARISSIMO DOMINO
M. FRIDERICO BOEZ
COMMENSALI, RESPONDENTI
ET AMICO SVO
2VIC2VID FAVSTVM EST
PRECATVR
PRAESES.

Quoties Regium illum Montem, floren-
tissimam urbem, quam patriam Tuam
agnoscis, videre mihi videor, non
modo se mihi theatrum tot & tantarum rerum
ibi gestarum in Ecclesia Dei offert, quantas
non sine stupore licet recolere, verum etiam
sigillatim Biga Virorum memoriae occurrit,
quos VVitteberga cum Patria tua velut com-
munes habuit. Alter Patrum nostrorum aevo
e Regio monte in Album nostrum montem trans-
latus est, ABRAHAMVS CALOVIVS:
Alter vero multo antiquior JOACHIMVS
MORLINVS, uti VVittebergae ortus, & mu-
nere sacro primum functus, ita post varias pe-
riodos Regiomontum vocatus, post spectatae
fidei

fidei experimenta quidem ejectus , tandem ve-
ro eo gloriosius illic restitutus , & vita demum
placide ibi in Episcopi munere defunctus est.
Quid uterque in defendenda veritate praestis-
terit , praesidio Numinis singulari suffultus ,
aetas omnis loquetur. Et uti prior ille Heroi-
cum animum ex Prussia VVittebergam secum
tulit , & ad extremum halitum servavit : Ita
quem posteriori loco commemoravi , MOR-
LINVS , VVitteberga eundem Spiritum for-
titudinis , certumque ac non dubitantem de
rebus fidei , Regiomontum secum duxit , eum
que in difficillimis negotiis ac discriminibus
vitae , fortunae ac honorum probavit . Hoc
sane decebat Theologum in tali specula con-
stitutum , ubi excubias & vigilias agere , per
conscientiam jussus erat , non stertere , aut grar-
santes in fidem , perinde ut ejus propugnato-
res Sardonio saltem risu intueri . Non id
circo improbare possum eorum judicium , qui
post LV THER VM paucos anteferendos vo-
lunt MORLINO : adeo eum deprehendi
semper in omnibus , quae scribit , gravem ,
succiplementum , intrepidum , sincerum , nihil pro
veri-

veritate, quam accurate proponit, refugientem: adeo boni militis instar frontem fronti opponere, & corda ferire, non leviter tangere, noverat. Et quotiescumque ejus dona accuratius considero, POLYCAR PVM LYSERVM recte sensisse video: *Vix fuisse Theologum superiori tempore, qui D. LVTHERO spiritu, doctrina, zelo & styllo ita conformis esset, ac MORLINVS. Resp. ad Ep. Huberi p. 30.* Ibi igitur tantus Vir sepultus, & Epitaphio, quod HARTKNOCHIVS *Histor. Pruss.* p. 452. recensuit, ornatus, ubi Tu, Amantissime BOLZI, vitam accepisti, & ibi ille auram primum vitalem hausit, ubi nunc ex dispensatione patriae aliquamdiu vivis, & muneri sacro Te laudatissimo conatu praeparas. Talia enim exempla assidue intueri, & ad imitandum tibi proponere soles, unde non modo in patria Academia omnes cathedras disputando cum laude implevisti, verum Rosetum etiam antequam inviseres, & non simplici vice, publice, te ad ardua tendere, & ibi demonstrares, non minus in urbe Lubecensi Dissertationem eruditum argumenti defendendam suscepisti:


atque



atque ubi ad nos tandem te contulisti, & di-
sputando & de virtutibus Theologi celeberrimi
mi QVISTORPII perorando, vires ingenii exe-
ruisti, ut appareret, ubique nihil aliud perinde
te quaerere, quam ut optimis Viris virtute &
industria proberis. Quod sigillatim hoc tuum
argumentum spectat, vel solo selectu insignique
usu se mihi mire commendavit, & ostendit ani-
mum Tuum non nisi utilissimis pulcherrimis
que rebus serio intentum, specimenque novum
suppeditat, quantum de Te ut patria svavissi-
ma, ita sigillatim familia Tua Ornatissima, &
Fratum, Tuorum A M P L I S S I M O R V M
Triga polliceri sibi possit. Ego vero non pos-
sum, quin auspicato omne Te excipiam ob hunc
laborem, Deumque ex imo pectore invocem, ut
in Te, quicquid salutare Tibi Tuaeque fortunae
esse potest, liberaliter porro conferat, faciatque,
ut diligentiae ac probitatis quam locupletissi-
mum praemium suo tempore consequaris, &
aliquando Optimorum Virorum imagines, quo-
rum es aestimator, vivo exprimas exemplo.

Vale. Scribebam e Museo, die V. Sept.

A. O. R. M DCC XVI.



Wittenberg Diss, 1716

X 230 9006


ULB Halle
005 708 532

3



VD18





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

	8	7	6	5	4	3	2	1	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86	25.40	27.94	30.48	33.02	35.56	38.10	40.64	43.18	45.72	48.26	50.80	53.34	55.88	58.42	60.96	63.50	66.04	68.58	71.12

46
1716

D. B. V.
DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
**CONSCIENTIA
CAVTERIATA**
QVAM
Ductu Oraculi I. Tim. IV, 2.
ECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE REGIO
FRIDERICO AVGUSTO
ELECTORATVS SAXONICI HEREDE
PRAESIDE
MARTINO CHLADENIO
THEOL. DOCT. ET PROF. P. ORDINARIO
ET ALVMNORVM REGIO-ELECTORALIVM
EPHORO
EXAMINANDAM SISTIT
ET ANONYMI MEDITATIONES
DE CONSCIENTIA
EXCVTIT
M. FRIDERICVS BÖLZ
REGIOMONT. BORVSSVS.
AD D. X. SEPTEMBR. A. O. R. MDCCXVI.
VITEMBERGAE,
EX OFFICINA VIDVAE GERDESIANAE.